tem imperator Iustinus ea re cognita, ingenti animi dolore percussus, sublato capitis sui diademate, purpuraque deposita, plures dies deformi sacco velatus luctum egit: adeo ut festivo die procedens in ecclesiam coronae insigne vel chlamidem deferre non admiserit: verum sic simplici habitu processerit, solo mandya purpureo subornatus, et coram toto senatu ingemiscens: caeterique omnes lugubria induti una cum eo luxerunt. imperator porro Carinum comitem datis auri centenariis quinque confestim misit, ad effodiendas egerendasque ruinas, si forte posset aliquem periculo liberare, et a praedonibus et raptoribus res ruderibus immersas suis possessoribus servare. subindeque post eum in eius vestigia Phocam Crateri filium patricium, Asterium quoque patricium et expraefectum viros cordatos misit imperator, qui, pecuniarum immensa vi ab eo accepta, repararent urbem. caeterum Aprilis mensis die quarto, paschali festo eiusdem quintae indictionis, morbo correptus imperator Iustinus Iustinianum germanum nepotem imperatorem adhuc vivus instituit, coronam insuper imposuit, et menses quatuor potestatis collegam habuit. Augusto vero mense eiusdem quintae indictionis, Iustiniano in imperatorem relicto, piissimus Iustinus diem obiit.

Τοῦ δὲ Εὐφρασίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τελευτήσαντος Εὐφραΐμιος ὁ Ἀμίδιος κόμης ἀνατολῆς ὢν ἐν τῷ χρόνῳ ἐκείνῳ ἐχειροτονήθη ἀντ' αὐτοῦ, ὅστις ζῆλον θεῖον κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν ἐδείξατο. C

Ῥωμαίων βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου Ἰωάννου, Ἀντιοχείας ἐπισκόπου Εὐφραϊμίου ἔτος α'. A.M. 6020

Τούτῳ τῷ ἔτει μόνος κρατήσας τὴν βασιλείαν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς προεβάλετο κόμητα ἀνατολῆς τὸν πατρίκιον τὸν D Ἀρμένιον, ᾧ τινι δέδωκε χρήματα, κελεύσας αὐτῷ ἀπελθεῖν καὶ ἀνανεῶσαι πόλιν τῆς Φοινίκης Λιβανησίας εἰς τὸ λιμωτὸν τὸ ἐσώτερον τὴν καλουμένην Παλμύραν, κελεύσας τοῦ καθέζεσθαι ἐν αὐτῇ τὸν δοῦκα καὶ τοὺς ἁγίους τόπους . . . τῷ δὲ Ἰανουαρίῳ μηνὶ α' τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς ὑπατείαν, καὶ τοσαῦτα ἔδωκεν χρήματα ὅσα οὐδεὶς βασιλεὺς ὑπατεύσας.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐπολέμησε τῷ Λαζῷ Τζάθῃ, ὡς προαρυέντι Ῥωμαίοις. καὶ λοιπὸν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἔπεμψεν αὐτῷ βοήθειαν στρατοῦ, καὶ στρατηλάτας τρεῖς, Βελισάριον καὶ Κύρικαν καὶ Πέτρον. καὶ πολε- V. 119

2. Ἐφραΐμιος A. 4. ἐδέξατο A. 7. μόνος κρατήσας A b, μονοκρατήσας vulg. 9. αὐτῷ A, αὐτὸν vulg. 10. λιμωτὸν A, λιμοτὸν e f, λιμητὸν vulg. 12. lacunae nulla in codd. vestigia apparent. 13. ἐποίησεν] ἔδωκε a. 14. ὑπατείαν A, ὑπατίαν vulg. 17. Τζαθίῳ A, Τζαθέῳ e. 19. Βελισάριον A, Βελισσάριον vulg. ubique. Κήρυκον a f.

Euphrasio quoque Antiochiae praesule defuncto, Euphraïmius Amidenus ea tempestate comitem orientis agens, in eius locum ordinatus est, qui divinum prorsus fervorem adversus schismaticos exercuit.

Romanorum imperatoris Iustiniani, Hierosolymorum episcopi Io- A.C. 520
annis, Antiochiae episcopi Euphraïmii annus primus.

Hoc anno imperator Iustinianus rerum summa potitus, patricium Armenium orientis comitem creavit, et ingenti pecuniarum tradita copia, virum abire iussit, et Phoeniciae Libanesiae urbem Palmyram nuncupatam instaurare ad interiorem limitem, et in ea ducem residere sanctaque loca protegere et iis invigilare praecepit. prima vero mensis Ianuarii die munus in populum edidit imperator, eamque largitus est pecuniarum vim, quam princeps ante alius nullus consulatus nomine profuderit.

Eodem etiam anno Persarum rex Tzathum Lazicum quod in Romanas partes transiisset, bello lacessivit. porro Iustinianus imperator

P. 149 μήσαντες ἡττήθησαν· καὶ ἠγανάκτησεν ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν στρατηλατῶν, ὅτι φθονοῦντες ἀλλήλοις προέδωκαν τὴν νίκην. καὶ διαδεξάμενος αὐτοὺς ἀπέστειλε Πέτρον τὸν νοτάριον αὐτοῦ στρατηλάτην· καὶ συμβαλὼν τοῖς Πέρσαις μετὰ τῶν Λαζῶν ἐνίκησαν, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον τῶν Περσῶν.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσερρύη τοῖς Ῥωμαίοις ὁ βασιλεὺς τῶν Ἑλούρων Γραῖτις ὀνόματι, καὶ ἦλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἤτησε τὸν βασιλέα γενέσθαι Χριστιανός. ὁ δὲ βασιλεὺς βαπτίσας αὐτὸν ἐν τοῖς Θεοφανίοις, ἐδέξατο αὐτὸν ἐκ τοῦ βαπτίσματος. καὶ ἐβαπτίσθησαν σὺν αὐτῷ οἱ συγκλητικοὶ αὐτοῦ καὶ οἱ συγγενεῖς δώδεκα· καὶ ἀπῆλθεν μετὰ χαρᾶς εἰς τὰ ἴδια φιλιωθεὶς τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπαγγειλάμενος συμμαχεῖν αὐτῷ, ἐν οἷς ἂν βουληθῇ. προεβάλετο δὲ ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Τζίταν ἄνδρα πολεμικὸν καὶ ἱκανώτατον. οὐ γὰρ εἶχεν ἡ Ἀρμενία στρατηλάτην, ἀλλὰ δουκας καὶ κόμητας. ἐστράτευσεν δὲ ὑπ' αὐτὸν Ἀρμενίων πλῆθος, ὡς εἰδότας τὰ μέρη τῆς Ἀρμενίας. ἔδωκεν δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς στρατοῦ ἀριθμοὺς τέσσαρας. καὶ γέγονεν μεγάλη φυλακὴ καὶ βοήθεια Ῥω-

2. στρατιωτῶν a. 5. ἐνίκησεν a. 7. Λίκούρων A. Γραῖτις — — — αὐτοῦ om. A. 9. Χρισιανὸς A, Χρισιανὸν vulg. 11. οἱ ante συγκλητικοὶ add. ex A. 13. συμμαχεῖν ἐν οἷς ἂν δεηθῇ b, βουληθῇ A, βουληθείη vulg. 17. Ἀρμενίους A. 18. στρατοῦ] στρατηλάτου A.

militares copias in eius auxilium misit et magistros militiae tres, Belisarium, Cyricum et Petrum, qui inito praelio inferiores evaserunt. quare indignatus imperator in duces, quod invidia ad invicem moti, certam prodidissent victoriam, ipsis revocatis, Petrum notarium militiae magistrum in ipsorum locum subrogavit. hic adiunctis sibi Lazis, adversus Persas conserta pugna, quam plurimos Persas delevit.

Hoc eodem anno Elurorum rex Graetis nomine ad Romanos se adiunxit, et Cpolim una cum gente sua profectus est, et in Christianorum religionem transire ab imperatore expetiit. iussit imperator in Theophanis virum baptizari, et ex lavacri fontibus suscepit. senatores porro et aulici et affines eius duodecim una cum eo initiati sunt: tum vero pactis cum imperatore foederibus, et adversus quos indiceret ille suppetias se laturum pollicitus, domum se recepit. porro imperator Tzitam virum rei bellicae peritum, et in caeteris praestantem militiae magistrum in Armenia instituit: Armenia quippe militiae magistrum nondum habuerat, sed duces et comites. sub eo militaverunt Armeniorum copiae, utpote quae Armeniae partes et loca maxime nossent: adiuncti sunt eidem ex orientali exercitu numeri

μείων. ἔζευξεν δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκα ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς αὐγούστης ὀνόματι Κομητῷ.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει προσερρύη τοῖς Ῥωμαίοις γυνή τις ἐκ C τῶν Οὔννων τῶν λεγομένων Σαβὴρ βάρβαρος, ὀνόματι Βοα-ρῆξ, χήρα, ἔχουσα μεθ' ἑαυτῆς Οὔννων χιλιάδας ρ', ἥτις κατεδυνάστευε τῶν Οὐννικῶν μερῶν μετὰ τὴν τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς Βαλὰχ ἀποβολήν. αὕτη τοὺς πρωτραπέντας παρὰ Καβάδου βασιλέως Περσῶν δύο ῥῆγας ἀπὸ ἄλλου ἔθνους Οὔννων ἐνδοτέρων, ὀνόματι Στύραξ καὶ Γλώνης, τοῦ συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ Ῥωμαίων, παρέλαβεν καὶ ἡ αὐτὴ Βοαρὴξ παριόντας διὰ τῆς χώρας αὐτῆς ἐπὶ τὰ Περσικὰ μετὰ χιλιάδων κ', οὓς καὶ κατέκοψεν. καὶ τὸν μὲν ἕνα ῥῆγα αὐτῶν τὸν λεγόμενον D Στύρακα συλλαβομένη δέσμιον εἰς Κωνσταντινούπολιν τῷ βασιλεῖ ἔπεμψεν· τὸν δὲ Γλώνην ἐν τῷ πολέμῳ ἔσφαξεν. καὶ ταύτῃ γέγονε σύμμαχος καὶ εἰρηνικὴ τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ.

Τούτῳ τῷ ἔτει καὶ ὁ πλησίον Βοσπόρου ῥὴξ τῶν Οὔννων ὀνόματι Γορδᾶς προσερρύη τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐγένετο Χριστιανὸς καὶ ἐφωτίσθη, καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ὁ βασιλεύς, καὶ πολλὰ αὐτῷ παρεσχηκὼς δῶρα, ἀπέστειλεν

1. ἔζευξεν A, ἔζευσεν vulg. 4. τῶν ante λεγομένων add. ex A. Βωαρὶξ A, Βοαρὶζ a. 7. αὕτη A, αὐτὴ vulg. 8. ἐνδότερον A. 10. ἡ αὐτὴ A, αὐτὴ vulg. 11. αὐτῆς add. ex A. 17. Βοσφόρου A ubique.

quatuor: ex quibus tuta custodia praesidiumque ingens Romanis conflatum est. sororem insuper augustae Theodorae, nomine Cometo, eidem uxorem copulavit.

Hoc insuper anno mulier quaedam barbara ex Unnis, Saber vulgo nuncupatis, nomine Boarex, vidua, adductis secum Unnorum millibus centum, in Romanas partes transiit: haec amisso viro suo Balach Unnicis regionibus imperitabat. duos vero reges ex alia Unnorum natione, quae partes interiores habitat, nomen uni Styrax et alteri Glones, a Cabade Persarum rege ferendis sibi suppetiis, et Romanos bello vexandis accitos, et iam per regionem sibi subditam ad Persarum loca, cum millibus hominum viginti transitum habentes, armis illa excepit, et in frusta concidit: et eorum quidem regum unum Styracem vocatum in bello comprehensum, vinculis alligatum, Cpolim imperatori misit: Glonem autem in pugna interfecit. ita demum armorum societatem et pacem cum imperatore Iustiniano mulier perpetuo servavit.

Hoc etiam anno rex Unnorum Bosporo proximus, nomine Gordas, cum imperatore foedus habiturus accessit. is Christianam religionem amplexus, baptismi lumine illustratus est, et ex lavacro ab

αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν φυλάττειν τὰ Ῥωμαϊκὰ καὶ τὴν Βόσπορον πόλιν, ἥτις ἐκλήθη ἐκ τοῦ συντελεῖν Ῥω-
P. 150 μαίοις ἀντὶ χρημάτων βόας κατ' ἔτος . . . . . μαίων καὶ τριβούνων, φυλάττειν τὴν πόλιν διὰ τοὺς Οὔννους, καὶ ἀπαιτεῖν τὰς συντελείας τῶν βοῶν. ἦν δὲ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει συν- 5
αλλάγματα πολλὰ Ῥωμαίων καὶ Οὔννων. ὁ δὲ γενόμενος Χριστιανὸς ῥὴξ τῶν Οὔννων, ἀπελθὼν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν, εὗρεν τὸν ἴδιον ἀδελφόν, καὶ διηγήσατο αὐτῷ τὴν τοῦ βασι-
V. 120 λέως ἀγάπην καὶ φιλοτιμίαν, καὶ ὅτι Χριστιανὸς γέγονεν, καὶ λαβὼν τὰ ἀγάλματα, ἃ ἐσέβοντο οἱ Οὖννοι, ταῦτα ἐχώνευσεν, 10
ἦσαν γὰρ ἀργυρᾶ καὶ ἠλέκτρινα. καὶ χολέσαντες οἱ Οὖννοι, συμποιήσαντες μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἀπελθόντες ἔσφαξαν
B αὐτόν· καὶ ἐποίησαν ῥῆγα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μουαγέρην. καὶ φοβηθέντες μὴ ἐκζητήσωσιν αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι ἦλθον αἴ- 15
φνης ἐν τῇ Βοσπόρῳ πόλει, καὶ ἐφόνευσαν τὸν τριβοῦνον Δαλ-
μάτιον, καὶ τοὺς στρατιώτας. καὶ ἀκούσας ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλεν τὸν ἀπὸ ὑπάτων Ἰωάννην, τὸν ἔγγονον Ἰωάννου τοῦ Σκύθου, υἱὸν δὲ τοῦ πατρικίου Ῥουφίνου, μετὰ βοηθείας Σκυθικῆς πολλῆς, καὶ ἐστράτευσεν κατ' αὐτῶν, ἅμα καὶ Γω-

2. ἐκ τοῦ A, ἀντὶ τοῦ vulg. 3. κατ' ἔτος] καθέτος A, κατ' ἔθος vulg. lacuna nulla h. l. in codd. notatur. 11. ἠλεκτριανά b. 12. συμβουλὴν ποιήσαντες A. 17. ἔγγονον A, ἔγγονα vulg. 19. Γώδηλαν A.

imperatore susceptus: multisque subinde ab eo muneribus acceptis, ad Romanos fines tutandos, et Bosporum civitatem, a boum nummorum et pecuniarum vice annuatim penso tributo ita vocatam, armis propugnandam missus in propriam regionem secessit. locavit autem et militum Romanorum numerum et tribunorum, ut custodirent civitatem propter Unnos, et boum tributa exigerent: magnum quippe in civitate Romanis cum Unnis commercium intercessit. Unnorum itaque rex factus Christianus, in propriam regionem reversus, fratri, quem illic offendit, imperatoris humanitatem atque liberalitatem, seque Christianum factum esse narravit. ad haec direpta undequaque simulacra, quae venerabantur Unni, cuncta conflavit: erant enim illa argentea, et electrina. quamobrem ira succensi Unni, coniuratione cum eius fratre excitata, in eum irruentes necem intulerunt, et fratrem eius Muagerem creaverunt regem. veriti porro, ne poenas et regem occisum expeterent Romani, in civitatem Bosporum convolarunt quantocius, et tribunum Dalmatium praesidiariosque milites interfecerunt. his imperator auditis, misit Ioannem exconsulem, Ioannis Scythae nepotem, patricii Rufini filium, cum numerosis Scytharum copiis, qui adiuncto sibi per terrestre iter et Odyssopolim Godilla et

ἰλλιαν διὰ γῆς ἀπὸ Ὀδυσσοπόλεως καὶ Βαδουρίου στρατηγόν. καὶ ἀκούσαντες οἱ Οὖννοι ἔφυγον ἀφανεῖς γενόμενοι. καὶ γέγονεν εἰρήνη ἐν Βοσπόρῳ, καὶ ἐκράτησαν αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι ἀφόβως. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀπέσπασεν πίσας τὰς ἐκκλησίας τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὰς τοῖς ὀρθοδόξοις δίχα τῶν Ἐξακιονιτῶν Ἀρειανῶν. ἔξεφώνησε δὲ τόπον ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ ὀρφανοτρόφων καὶ οἰκονόμων καὶ ξενοδόχων, ὥστε μὴ κληρονομεῖσθαι, εἰ μὴ ἃ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἶχον ἐν ὑποστάσει εἰς ταῦτα· ἵνα διατίθενται· ἀφ' ἧς δὲ ὥρας προεχειρίσθη, εἰς ταῦτα μὴ ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ πάντα τὴν συναγῆ οἶκον κληρονομεῖν. ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπλήρωσε καὶ τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ εἰς τὰ Δαγισθέου, ὃ ἤρξατο κτίζειν Ἀναστάσιος ὁ βασιλεύς, καὶ τὸ μεσόαυλον τῆς βασιλικῆς Ἴλλου κιστέρναν μεγάλην ἐποίησεν.

Τούτῳ τῷ ἔτει Ἡσαΐας ἐπίσκοπος Ῥόδου καὶ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Διοσπόλεως τῆς Θράκης καθῃρέθησαν, ὡς παιδερασταὶ εὑρεθέντες, καὶ ἐτιμωρήθησαν δεινῶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καυλοτομηθέντες καὶ περιενεχθέντες, τοῦ κήρυκος βοῶντος· ἐπίσκοποι ὄντες τὸ τίμιον σχῆμα μὴ ἐνυβρίζετε.

1. ἀπὸ Ὀδ. A, καὶ Ὀδ. vulg. 5. ἐκκλησίας τῶν A, ἐκκλ. ἐκ τῶν vulg. 6. Ἐξακιονιτῶν A a. 9. διατίθενται — — — ἄδειαν om. A. Ἵνα διατίθενται] fort. τινὰ διατίθεσθαι. 14. μεσόαυλον A, μεσίαυλον vulg. μεγάλην om. A. 17. εὑρεθέντες add. ex A.

Badurio duce, adversus eos movit exercitum. hoc nuncio territi Unni, fuga arrepta, disparuerunt: ex quo pax Bosporo restituta, locusque a Romanis omni depulso timore occupatus. caeterum imperator Iustinianus omnes haereticis ecclesias abstulit, quas reddidit orthodoxis, praeter eas quae Arianorum Exocionitarum fuere. constitutiones quoque promulgavit de episcopis, oeconomis, orphanotrophis et xenodochis, ne videlicet ius legandi aut testandi haberent, nisi de iis, quae antequam officio praeficerentur, in suis facultatibus habuerant, et de quibus testari potuerant: ex quo vero administrandi munus inlissent, ea testamento legandi nullam obtinerent potestatem, sed cuncta illorum bona sacra domus haereditario iure acciperet. porro idem ille imperator balneum publicum, quod est ad Dagistheum, ab Anastasio quondam inchoatum, absolvit: in medio vero areae vel atrii spatio ad Illi basilicam substrato capacissimam cisternam construxit.

Hoc anno Esaias Rhodi et Alexander Diospoleos in Thracia epi- A.C. 521
copi, ceu turpi masculorum libidine notati, dignitate moti et ab imperatore gravi sunt subiecti supplicio. resecta siquidem virili caule, per urbem ignominiose traducti sunt, vociferante praecone: episcopi

P. 151 καὶ ἐξέθετο ὁ βασιλεὺς νόμους σφοδροὺς κατὰ τῶν ἀσελγαινόντων, καὶ πολλοὶ ἐτιμωρήθησαν. καὶ ἐγένετο φόβος πολὺς καὶ ἀσφάλεια. ἀνενέωσεν δὲ ὁ βασιλεὺς πάντας τοὺς παλαιοὺς νόμους ποιήσας μονόβιβλον, καὶ καλάσας αὐτὸ τὰς νεαρὰς διατάξεις, ἐν αἷς οὐ καταδέχεται τὸν ἄρχοντα ἐν οἷς ἄρχει τόποις ἀγοράζειν κτῆμα, ἢ κτίζειν οἶκον, ἢ κληρονομεῖν ξένον πρόσωπον, εἰ μή τις συγγενὴς αὐτῷ ὑπάρχει.

Τῷ αὐτῷ ἔτει μηνὶ Νοεμβρίῳ κθ', ὥρᾳ γ', ἡμέρᾳ δ' ἰνδικτιῶνος ζ' ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας πάλιν Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη μετὰ δύο ἔτη τοῦ πρὸ αὐτοῦ πάθους. καὶ ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐπὶ ὥραν μίαν, καὶ βρυγμὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φοβερός· καὶ ἔπεσεν πάντα τὰ κτισθέντα ἕως ἐδάφους καὶ τὰ τείχη, καὶ ἐκ V. 121 τῶν μὴ πεσόντων παλαιῶν κτισμάτων ἐν τῷ πρώτῳ σεισμῷ κατηνέχθησαν νῦν· καὶ πᾶσα εὐπρέπεια ἡ γενομένη ἐν τῇ πόλει ἔκ τε τῶν τοῦ βασιλέως φιλοτιμιῶν καὶ ὧν ἐξ ἰδίων C οἱ πολῖται ᾠκοδόμησαν, πάντα κατέπεσον. ταῦτα μαθοῦσαι αἱ πλησιάζουσαι πόλεις μετὰ πένθους ἐλιτάνευον. ἀπέθανον δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πτώσει χιλιάδες τέσσαρες καὶ ὀκτακόσιοι ἑβδομήκοντα. οἱ δὲ σωθέντες ἔφυγον εἰς τὰς ἄλλας πόλεις, καὶ εἰς τὰ ὄρη ἐν καλύβαις ᾤκουν. γέγονε δὲ καὶ χειμὼν

3. τοὺς πολεμίους νόμους e. 4. τὰς add. ex A. 5. ἐν οἷς ἂν ἄρχῃ a. 10. αὐτοῦ] αὐτῆς A a. 11. βρυγμὸς A, βομβὸς vulg. 12. ἔπεσαν A. 18. πτώσει] πόλει e.

venerandam dignitatem ne conspurcatote. severas insuper in impudicos leges tulit, a quorum plurimis poenas exegit. antiquas etiam leges cunctas renovavit, iisque volumen in unum collectis, novellas constitutiones nuncupavit. iis cavet, ne praefectus, ubi gerit praefecturam, ibi vel possessionem emat, vel construat domum, vel peregrini, nisi forte sit ei coniunctus affinitate, haereditatem adeat.

Eodem anno, mensis Novembris die nono supra vigesimum, hora diei tertia, feria quarta, indictione septima, biennio post superiorem cladem, Antiochia magna civitas plagae caelitus illatae damnum iterum passa est. ingens quippe terrae motus per horam continuam duravit, atque horrendus omnino mugitus e caelo auditus et cuncta prorsus aedificia ad terram usque prostrata, urbis quoque moenia diruta, quaeque substiterant in priori terrae motu veteres constructiones, eae nunc omnes funditus eversae. denique quicquid tam imperatorum liberalitate, quam privatis civium sumptibus urbi conciliatum fuerat ornatus atque decoris, id tum omne deiectum in terram. his perceptis, vicinae civitates in luctum et publicas supplicationes effusae. ea vero clade hominum quatuor millia et septuaginta supra octingentos periere: qui periculo servati, in alias civitates migravere,

μέγας καὶ βαρύτατος· καὶ ἐλιτάνευον οἱ ἀπομείναντες πάντες ἀνυπόδετοι, κλαίοντες, καὶ ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς πρηνεῖς εἰς τὰς χιόνας, κράζοντες τό, Κύριε ἐλέησον. ἐφάνη δὲ ἐν ὁράματί τινι θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ, ὥστε εἰπεῖν πᾶσι τοῖς ὑπολειφθεῖσιν, ἵνα ὑπεργράψωσι εἰς τὰ ὑπέρθυρα αὐτῶν· Χριστὸς μεθ' ἡμῶν· στῆτε. καὶ τούτου γενομένου, ἔστη ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ. D καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ αὐγοῦστα πολλὰ ἐδωρήσαντο χρήματα εἰς ἀνανέωσιν καὶ οἰκοδομὴν τῆς Ἀντιοχέων πόλεως, καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Θεούπολιν. ἐν δὲ τῇ κα' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος ἐπέρριψεν Ἀλαμούνδαρος ὁ Ζεκικὴς ὁ βασιλίσκος τῶν Σαρακηνῶν, καὶ ἐπραίδευσεν τὴν πρώτην Συρίαν ἕως τῶν ὁρίων Ἀντιοχείας, εἰς τὸ λεγόμενον Λίταργον καὶ Σκαφαθῶν τῶν κτημάτων. καὶ ἐφόνευσε πολλούς, καὶ ἔκαυσε τὰ ἔξω Χαλκηδόνος, καὶ τὸ Σέρμιον κτῆμα, καὶ τὴν κυ- P. 152 νηγίαν χώραν. καὶ ἀκούσαντες οἱ ἔξαρχοι τῶν Ῥωμαίων ἐξῆλθον κατ' αὐτοῦ. καὶ γνόντες οἱ Σαρακηνοὶ σὺν τοῖς Πέρσαις λαβόντες τὴν πραΐδαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους διὰ τοῦ ἐσωτέρου λιμωτοῦ ἔφυγον. τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ζ' ἐπινεμήσεως κατέλαβεν βοήθεια στρατοῦ πεμφθεῖσα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ

2. ῥίπτοντες A. τὰς a, τοὺς vulg. 5. ἐπιγράψωσι A. 8. οἰκοδομὴν] ἀνακαινισμὸν e. 9. μετωνόμασεν A alii, αὐτωνόμασεν vulg. 10. Σαλαμούνδαρος A. 12. εἰς add. ex A. 13. Λιταργῶ A. 18. ἐπινεμήσεως] ἰνδικτιῶνος A.

vel in montibus sub tuguriis habitavere. haec asperrima et frigidissima hiems sequuta est, et processiones cum precibus agebant, qui remanserant civitatis incolae, excalceati, eiulantes, et pronos se per nivem demittentes, crebris vocibus, domine miserere, inclamantes. demum religioso cuidam viro per visum revelatum est, omnibus qui superfuerant edicèret, uti superioribus domorum luminibus inscriberent: Christus nōbiscum, state. eo facto ira dei pacata est. porro imperator atque augusta magnas iterum pecunias in Antiochenae civitatis instaurationem insumpserunt, et mutato nomine Theopolim nuncupatam voluerunt. die vero Martii vicesimo primo, septima indictione, Alamundarus Zecices Saracenorum regulus, irruptione facta, primam Syriam depopulatus est usque ad ipsius Antiochiae loca contermina, ad Litargum dictum et Scaphatenses possessiones: multosque occidit, incenditque Chalcedonis suburbia, et Sermium praedium, atque Cynegiam regionem. haec audientes Romanorum optimates armati processerunt obviam: quo cognito Saraceni praedam atque captivos secum abducentes per interiorem limitem una cum Persis aufugerunt. mense porro Aprili eiusdem septimae indictionis copiae auxiliares ab imperatore summissae advenerunt pedestri itinere, et ex

πεζῇ, καὶ ἐκ Φρυγίας τῶν λεγομένων Λυκοκρανιτῶν· καὶ προεβάλετο στρατηγὸν ἀνατολῆς Βελισάριον διαδεξάμενος Ὑπάτιον τὸν πατρίκιον Σεκουνδῖνον. καὶ τῇ ιβ' τοῦ Μαΐου μηνὸς εἰσῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἑρμογένης ὁ μάγιστρος ἀνὴρ σοφός, πρεσβὺς ἀπολυθεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν περὶ εἰρήνης. τῷ δὲ Ἰουνίῳ μηνὶ
B Σαμαρεῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Παλαιστίνῃ βασιλέα Ἰουλιανόν τινα ἔστεψαν. καὶ κατὰ Χριστιανῶν ὅπλα κινήσαντες, ἁρπαγὰς καὶ φόνους καὶ ἐμπυρισμοὺς κατὰ Χριστιανῶν εἰργάσαντο. οὓς ὁ θεὸς παρέδωκεν εἰς χεῖρας Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἀνήλωσε πάντας, καὶ ἀπεκεφάλισεν τὸν τύραννον Ἰουλιανόν. Χοσρόης δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς δεξάμενος Ἑρμογένην μάγιστρον μετὰ δώρων πρεσβεύοντα περὶ εἰρήνης, τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ζ' ἰνδικτιῶνος λαβὼν τὰ δῶρα, εἰρήνην οὐ κατεδέξατο ποιῆσαι, ἀναπεισθεὶς ὑπὸ Σαμαρειτῶν προσ-
φυγόντων αὐτῷ, καὶ ὑποτιθεμένων αὐτῷ προδιδόναι τὴν
C χώραν αὐτῶν, πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην, ὡς ἔχοντες καὶ συμμαχίαν Ἰουδαίους τε καὶ Σαμαρείτας χιλιάδας πεντήκοντα. τούτοις θαρρήσας Χοσρόης οὐ προείλετο τὴν εἰρήνην, βουλόμενος καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ δι' αὐτῶν παραλαβεῖν ἔχουσαν

2. προεβάλετο A, προεβάλλετο vulg. στρατηγὸν A b, στρατηλάτην vulg. 4. μάγισιρος ὁ Σκύθης A. 7. Ἰουλιανόν τινα A, τινὰ Ἰουλ. vulg. 15. ἀναπεισθεὶς A, πεισθεὶς vulg. 19. προείλετο A, προσείλετο vulg. 20. καὶ add. ex A.

Phrygia qui Lycocranitae nuncupantur: et revocato Hypatio patricio Secundino, magistrum militiae praefecit in oriente Belisarium. duodecimo vero Maii Hermogenes magister vir litteratus, ad Persarum regem ab imperatore Iustiniano legatus de pace habenda missus, Antiochiam pervenit. Iunio deinde mense Samaritae et Iudaei Palaestinam incolentes, Iuliano quodam in regem coronato, motisque in Christianos armis, rapinas, caedes, incendia adversus eos excitaverunt: quos deus in Iustiniani manus tradidit, adeo ut deletis omnibus Julianum tyrannum capite obtruncarit. Chosroës autem Persarum rex Hermogenem magistrum de pace habenda tractatum habiturum cum donis accedentem suscepit: at Iulio mense, fuit is eiusdem indictionis 7, muneribus acceptis, propositum de pace sermonem respuit, ita nimirum a profugis Samaritis persuasus, qui regionem suam et universam Palaestinam, utpote qui auxiliares copias Iudaeorum et Samaritarum quinquaginta millia haberent, proditione tradere pollicebantur. his confisus Chosroës, pacis conditionem non accepit, quin immo de Hierosolymis per istos potiundis cogitabat, urbe videlicet

χρυσοῦ ἀναρίθμητα κεντηνάρια, καὶ λιθείαν πολλήν. ἀφορμὴν δὲ ἔβαλεν περὶ τῶν χρυσορυχίων τῶν ἐν τοῖς ὄρεσιν Ἀρμενίας, ὡς πρώην ἀνὰ τάλαντα τελούντων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, νῦν δὲ Ῥωμαίοις μόνοις τελούντων. καὶ ἄλλα τινὰ κεφάλαια προφασιζόμενος ἔγραφε τῷ βασιλεῖ. γνωσθέντος δὲ τοῦ δράματος τῶν Σαμαρειτῶν, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτοὺς ἐκ V. 122
τῶν Περσῶν, ἐκρατήθησαν εἰς τὸ Ἀμμίδιος· ἦσαν δὲ Σαμαρεῖται ὀνομαστοὶ πέντε ἐκ τῶν εὐπόρων αὐτῶν· καὶ παρε- D
δόθησαν τῷ στρατηλάτῃ Βελισαρίῳ, καὶ ἐξετασθέντες ὡμολόγησαν πάντα.

Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ ὁ δοὺξ Παλαιστίνης ἐποίησεν ἔχθραν μετὰ τοῦ φυλάρχου τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους Σαρακηνῶν. καὶ φοβηθεὶς ὁ φύλαρχος εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἐσώτερον λιμωτόν. καὶ μαθὼν ὁ Ἀλαμούνδαρος ἐπιρρίψας, παρέλαβεν αὐτὸν καὶ ἐφόνευσεν. καὶ λαβὼν τὰς γυναῖκας αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα, ὑπέστρεψεν. καὶ μαθόντες οἱ δοῦκες τῆς Φοινίκης καὶ Ἀραβίας καὶ Μεσοποταμίας καὶ ὁ φύλαρχος ἐδίωξαν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἀκούσας ὁ Ἀλαμούνδαρος ἔφυγεν εἰς τὰ Ἰνδικὰ μέρη, εἰς ἃ οὐδεὶς τῶν Ῥωμαίων εἰσῆλθέν ποτε. παρέλαβον δὲ P. 153

1. λιθείαν] λιθέαν codd. et vulg. 2. ἔβαλεν] fort. ἔλαβεν. 3. τάλαντα A, ταλάντου vulg. τε add. ex A. 4. τελοῦντες A b. 8. ὀνομαστοὶ A, ὀνόματα vulg. 13. Λιμητῶν codd. et vulg. 14. ὁ add. ex A.

praedivite, quae innumera auri centenaria et ingentem pretiosorum lapidum congeriem penes se haberet. praetextum vero cepit auri fodinas in montibus Armeniae, utpote quae talentum Romanis simul atque Persis olim, nunc autem solis Romanis penderent, atque alia quaedam capita praetendens ad imperatorem scripsit. cum vero id Samaritarum commentum esse compertum fuisset, redeuntes e Persia detenti sunt ad Ammidium. erant autem isti praecipui quinque optimates, et inter cives potioribus valebant opibus; et ii militiae magistro Belisario traditi, et diligentius examinati, cuncta palam confessi sunt.

Hoc etiam anno Palaestinae dux inimicitias cum Saracenorum Romanis subditorum tribuno suscepit: quo exterritus tribunus in interiorem limitem se recepit. quod cum rescisset Alamundarus, irruptione facta, tenuit eum et morte damnavit: captisque uxoribus et filiis eius, reversus est. ea re audita, Phoeniciae, Arabiae et Mesopotamiae duces, nec non ipse Saracenorum tribunus ipsum a tergo insequuti sunt: quo cognito, ad Indiae partes, quas Romanorum nullus hucusque penetravit, Alamundarus fugit. eius itaque tentoria diripuerunt, et Saracenorum virorum, mulierum et puerorum innume-

καὶ τὰς σκηνὰς αὐτοῦ, καὶ ἤνεγκαν αἰχμαλωσίαν πολλὴν Σαρακηνῶν, ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, καὶ ὅσους εὗρον Ῥωμαίους αἰχμαλώτους, καὶ καμήλους καὶ πρόβατα καὶ βόας καὶ πολλὴν μέταξαν καὶ ἱματισμόν. ἔκαυσαν δὲ καὶ Περσικὰ κάστρα τέσσαρα· καὶ ὑπέστρεψαν μετὰ νίκης μεγάλης.

A.M. 6022 B Τούτῳ τῷ ἔτει τῆς ἡ ἐπινεμήσεως ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς διωγμὸν μέγαν κατὰ τῶν Ἑλλήνων καὶ πάσης αἱρέσεως, καὶ τὰς τούτων οὐσίας ἐδήμευσεν. κατηγορήθη δὲ καὶ Μακεδόνιος ὁ ἀπὸ ῥεφερενδαρίων καὶ Ἀσκληπιόδοτος ὁ ἀπὸ ἐπάρχων, ὅστις καὶ φοβηθεὶς ἐπίστευσεν καὶ ἀπέθανεν· καὶ Πηγάσιος ὁ Ἡλιουπολίτης σὺν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ ἐν προόδῳ ἐξητάσθησαν, καὶ Φωκᾶς ὁ πατρίκιος τοῦ Κρατεροῦ, καὶ ὁ κοιαίστωρ Θωμᾶς, καὶ ἄλλοι συνελήφθησαν· καὶ φόβος πολὺς ἐγένετο. καὶ ἐθέσπισεν ὁ βασιλεύς, ὥστε μὴ πολιτεύεσθαι τοὺς ἑλληνίζοντας, μηδὲ τοὺς αἱρετικούς, εἰ μὴ μόνους τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανούς, δοὺς αὐτοῖς καὶ προθεσμίαν ἕως μηνῶν τριῶν πρὸς ἐπιστροφήν. τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ὑγδόης ἰνδικτιῶνος ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ Ἑρμογένης ὁ ἀπὸ ὑπάτων μάγιστρος καὶ Ῥουφῖνος ὁ ἀπὸ στρατηλατῶν πατρίκιος ἐπὶ τὰ Περσικὰ μέρη ἀπερχόμενοι πρεσβευταί, καὶ

1. καὶ prius add. ex A b. αὐτοῦ A b, αὐτῶν vulg. 10. ἐπάρχων A b, ὑπάρχων vulg. ἐπίστευσεν] ἐπίπησεν A. neutrum verum esse videtur. 15. μόνον a. 18. ὀγδόης add. ex A.

ram multitudinem abduxerunt captivam, et quos reperere Romanos captivitate oppressos, camelos, oves bovesque, nec non sericorum filorum copiam ingentem vestesque plurimas secum tulerunt. castella quoque Persarum quatuor succenderunt igni, et cum praeclara victoria regressi sunt.

A.C. 522 Hoc anno, qui octavae indictionis, adversus gentiles et haeresim omnem Iustinianus imperator persecutionem movit, et eorum facultates aerario publico addixit. tunc accusatus est Macedonius exreferendarius et Asclepiodotus expraefectus, qui metu pulsus fidem amplexus est et obiit mortem: Pegasius etiam cum filiis inter procedendum examinatus est: Phocas etiam patricius Crateri filius, et Thomas quaestor, et alii plures comprehensi: quod maximum omnibus timorem incussit. imperator autem solos Christianos, eosque recta in fide probatos, ad communia et curialia munera sustinenda admitti, gentiles et haereticos ab eis amoveri lata lege sanxit; iisdem vero trimestre tempus ineundae resipiscentiae terminum ultimum praescripsit. porro mense Martio eiusdem indictionis Hermogenes exconsularis et magister, nec non Rufinus exmagister militiae et patricius Antiochia

φθάσαντες εἰς τὸ Δαρᾶς, ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν τοῦ δέξασθαι καὶ αὐτούς. καὶ ἐν τῷ διάγειν αὐτοὺς εἰς τὸ Δαρᾶς ἅμα Βελισαρίῳ τῷ στρατηλάτῃ τῆς ἀνατολῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἐξάρχων Ῥωμαίων, καὶ ἀπλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως, μαθὼν ὁ Μηρὰν πρωτοστράτηγος τοῦ Περσῶν βασιλέως σὺν τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῖς λοιποῖς στρατηγοῖς τῆς Περσίδος, συνηγμένοι ἐν τῷ Νιτζιβίῳ μετὰ Περσικῆς δυνάμεως πολλῆς τῷ Ἰουνίῳ μηνὶ τῆς ἰνδικτιῶνος η', ἐπέρριψαν αὐτοῖς μερίσαντες τὸ ἴδιον πλῆθος εἰς τρία τάγματα. καὶ τοῦτο γνόντες οἱ στρατηγοὶ Ῥωμαίων σὺν τῷ μαγίστρῳ καλῶς στρατηγήσαντες, ὥρμησαν κατὰ τῶν Περσῶν, καὶ ἐγένετο πόλεμος μέγας καὶ συμβολὴ φοβερά. καὶ ἔκοψαν οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Πέρσας, καὶ ἀπώλεσαν αὐτούς ἐπάραντες καὶ τὸ βάνδον αὐτῶν. ὁ δὲ Μηρὰν καὶ ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως Περσῶν καὶ ὀλίγοι ἐκ τῶν περισωθέντων κατέφυγον εἰς τὸ Νιτζίβιος· καὶ ἐνίκησαν οἱ Ῥωμαῖοι νίκην μεγάλην. γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τῶν Περσῶν, ἐπέτρεψεν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν πατρίκιον Ῥουφῖνον μόνον ἅμα τῷ κόμητι Ἀλεξάνδρῳ. καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ εἰσῆλθον πρὸς αὐτόν,

D

V. 123

P. 154

1. ἐμήνυσαν — — — — Δαρᾶς om. A. 5. Μηρὰμ A passim. 6. τοῖς λοιποῖς στρατηγοῖς b, τῶν λοιπῶν στρατηγῶν vulg. 7. Νιτζιβίως A. 9. ἐπέρριψαν A, ἐπέρριψεν vulg. μερίσαντες A b, μερίσας vulg. 11. τῶν add. ex A b. 13. οἱ add. ex A. ἀπόλεσαν vulg. 16. Νιτζιβίως A. 17. ἐπέτρεψεν A, ἔτρεψεν vulg. 19. εἰσῆλθον A, εἰσῆλθεν vulg.

digressi, et legatorum munere fungentes Persiam versus profecti, Daras cum pervenissent, regi Persarum, ut se ad colloquium exciperet, denunciaverunt. dum vero subsistunt ad Daras, Belisarius orientalis militiae magister una cum reliquis Romanis ducibus urbi quam proxime castra applicuit: qua re cognita, Meran Persarum regis supremus dux, ipseque regis filius, et caeteri Persarum duces cum innumeris copiis Nisibi collecti, acie omni in partes tres divisa, Iunio mense memoratae octavae indictionis in eos irruerunt. comperto periculo, Romanorum duces una cum magistro eductis ordine praeclaro copiis, obviam in Persas iverunt, unde acre praelium conflictusque terribilis insequutus est. caesis itaque Persis, et ad internecionem profligatis, vexillum eorum tulerunt Romani: Meran vero regisque Persarum filius paucique admodum e praelio superstites fuga Nisibim contenderunt, praeclara Romanis relicta victoria. quod ubi Persarum rex agnovit, patricium Rufinum solum una cum Alexandro comite ad se accedere permisit: et insequenti mense Augusto eum convenientes,

καὶ πολλὰ διαλεχθέντες καὶ εἰρήνης πάκτα κατατυπώσαντες
B ἐξῆλθον ἐν εἰρήνῃ.

A.M.6023 Ῥώμης ἐπισκόπου Βονιφατίου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος θ' ἐφάνη μέγας καὶ φοβερὸς ἀστὴρ εἰς τὸ δυτικὸν μέρος κομήτης πέμπων ἐπὶ τὰ ἄνω τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας ἀστραπτούσας, ὃν ἔλεγον Λαμπαδίαν, καὶ ἔμεινεν ἐπὶ εἴκοσι ἡμέρας λάμπων· καὶ ἐγένοντο κοσμικαὶ δημοκρατίαι καὶ φόνοι. ἐν δὲ τῇ συμπληρώσει τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς κατέλαβεν ὁ πατρίκιος Ῥουφῖνος
C ἐκ τῆς πρεσβείας τῶν Περσῶν πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανὸν εἰρήνης πάκτα στοιχήσας· ὃν τινα δεξάμενος βασιλεὺς ἐχάρη λίαν διὰ τὴν εἰρήνην, καὶ ἡσμένισε τὰ στοιχηθέντα πάκτα, καὶ ἔτυχον εἰρήνης τὰ πράγματα ἀμφοτέρων.

A.M.6024 Τούτῳ τῷ ἔτει πέμπτῳ ὄντι τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἰνδικτιῶνος δεκάτης γέγονεν τοῦ λεγομένου Νίκα ἡ ἀνταρσία. καὶ ἔστεψαν οἱ τῶν δήμων εἰς βασιλέα Ὑπάτιον τὸν συγγενῆ τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου· καὶ ἐκαύ-
D θη πολὺ μέρος τῆς πόλεως, καὶ ἡ μεγάλη ἐκκλησία, καὶ ἡ ἁγία Εἰρήνη, καὶ ὁ ξενὼν τοῦ Σαμψών, καὶ τὸ Αὐγουστέον, καὶ τὸ προσκύνιον τῆς βασιλικῆς, καὶ ἡ Χαλκῆ τοῦ παλατίου.

1. κατατυπώσαντες ἐξῆλθον ἐν εἰρήνῃ A, τυπώσαντες, ἐξῆλθεν εἰρήνη vulg. 12. ἐχάρη add. ex A. ἡσμένισε A, ἡσμένησε vulg.

et ad invicem saepius colloquuti, firmatis speratae pacis conditionibus, in pace secesserunt.

A.C. 523 Romae episcopi Bonifacii annus primus.

Hoc anno, mense Septembri, indictione nona, ingens et terribile astrum ad occidentalem caeli plagam visum, cometes nimirum, Lampadias dictus, in superiorem caeli partem radios fulguris in modum coruscantes emittens, ac per totos viginti dies perseverans: ex quo universales populorum tumultus, et caedes sequutae. exeunte porro mense Novembri, patricius Rufinus sua ad Persas legatione functus, datis pacis conditionibus, ad imperatorem Iustinianum reversus est: eum ob firmatam pacem excepit imperator gratissime, et foederis initi pactas conditiones ex animo laetusque probavit: atque ita demum Romanorum et Persarum res optima pace potitae sunt.

A.C. 524 Hoc anno, qui Iustiniani imperii quintus, mense Ianuario, indictione decima, seditio, cui nomen Nica, Vince, factum est, ortum habuit: popularesque tribus Hypatium Anastasii imperatoris consanguineum imperatorem coronaverunt: plurimaque urbis pars subinde incendium passa est, ut et magna ecclesia, sanctae Irenes templum, peregrinorum Sampsonis nomine hospitium, Augusteum, regiae atrium

καὶ ἐγένετο φόβος μέγας, καὶ πολλοὶ τῶν εὑρεθέντων ἐν τῷ λεγομένῳ ἱππικῷ μετὰ Ὑπατίου, ὥς φασι, τριάκοντα πέντε χιλιάδες ἀπέθανον. γέγονεν δὲ ἡ ἀταξία τοῦ Νίκα τρόπῳ τοιούτῳ. ἀνελθόντα τὰ μέρη ἐν τῷ ἱππικῷ, ἀνέκραξαν οἱ τῶν Πρασίνων· ἄκτα. διὰ Καλοπόδιον τὸν κουβικουλάριον καὶ σπαθάριον. οἱ Πράσινοι· ἔτη πολλά, Ἰουστινιανὲ αὔγουστε· τοῦ βίκας. ἀδικοῦμαι, μόνε ἀγαθέ, οὐ βαστάζω. οἶδεν ὁ θεός. P. 155 φοβοῦμαι ὀνομάσαι, μὴ πλέον εὐτυχήσῃ καὶ μέλλω κινδυνεύειν. — Μανδάτωρ· τίς ἐστιν, οὐκ οἶδα. — Ὁ πλεονεκτῶν με, τρισαύγουστε, εἰς τὰ τζαγγάρια εὑρίσκεται. — Μανδάτωρ· οὐδεὶς ὑμᾶς ἀδικεῖ. — Οἱ Πράσινοι· εἷς καὶ μόνος ἀδικεῖ με, θεοτόκε, μὴ ἀνακεφαλίσῃ. — Μανδάτωρ· τίς ἐστιν ἐκεῖνος, οὐκ οἴδαμεν. — Οἱ Πράσινοι· σὺ καὶ μόνος οἶδας, τρισαύγουστε, τίς πλεονεκτεῖ με σήμερον. — Μανδάτωρ· * εἴ τις ἐάν ἐστιν, οὐκ οἴδαμεν. — Οἱ Πράσινοι· Καλοπόδιος ὁ σπαθάριος ἀδικεῖ με, δέσποτα πάντων. — Μανδάτωρ· οὐκ ἔχει πρᾶγμα Καλοπόδιος. — Οἱ Πρά- V. 124 σινοι· εἴ τίς ποτέ ἐστιν, τὸν μόρον ποιήσει τοῦ Ἰούδα, ὁ B θεὸς ἀνταποδώσει αὐτῷ ἀδικοῦντί με διὰ τάχους. — Μαν-

3. ἀπέθανον om. A e. 5. Καλοπόδιον A a, Καλαπόδιον vulg. 6. ἔτη] ἔτι A. 7. fort. βίγκας. 15. εἴ τίς — — — πάντων — Μανδάτωρ om. A. 19. ἀδικοῦντί με A, ἀδικοῦντι μετὰ vulg.

columnis circumquaque ornatum, et Chalce palatii. inde timor ingens per urbem vagatus, plurimique eorum, qui una cum Hypatio in circo sunt reperti, ad triginta quinque hominum millia, ut narrant, interfecti. seditio ista, quae postmodum Nica, Vince, appellationem obtinuit, hoc pacto exorta est. populi factionibus ad circum collectis exclamaverunt Prasini: acta. propter Calepodium cubicularium et spatharium vociferati sunt Prasinii: annos tibi plurimos Iustiniane auguste: tu vincas. iniuriam perpetior, o qui bonus unus es, nec eam amplius fero. novit deus. vereor nominare, ne rem felicius geras, et ego ad periculum extremum deducar. — Respondit mandator: quis ille sit, non novi. — Prasinorum factio. qui me opprimit, ter auguste, ad sutorias officinas moratur. — Mandator. nullus iniuriam vobis infert. — Prasini. unus solusque me iniuria afficit, o deipara, ne paria iniquitatis capita repetat. — Mandator. quis ille sit, ignoramus. — Prasini. tu solus novisti, ter auguste, quis me in hodiernum diem opprimit. — Mandator. * si quis omnino sit, nescimus. — Prasini. Calopodius spatharius ipse est qui me vexat, omnium domine. — Mandator. nihil administrat Calopodius. — Prasini. quisquis ille fuerit, Iudae partem sibi comparabit: brevi re-

δάτωρ· ὑμεῖς οὐκ ἀνέρχεσθε εἰς τὸ θεωρῆσαι, εἰ μὴ εἰς τὸ ὑβρίζειν τοὺς ἄρχοντας. — Οἱ Πράσινοι· εἴ τις δήποτε ἀδικεῖ με, τὸν μόρον ποιήσει τοῦ Ἰούδα. — Μανδάτωρ· ἡσυχάσατε, Ἰουδαῖοι, Μανιχαῖοι καὶ Σαμαρεῖται. — Οἱ Πράσινοι· Ἰουδαίους καὶ Σαμαρείτας ἀποκαλεῖς; ἡ θεοτόκος μετὰ ὅλων. — Μανδάτωρ· ἕως ποτὲ ἑαυτοὺς καταρᾶσθε; — Οἱ Πράσινοι· εἴ τις οὐ λέγει, ὅτι ὀρθῶς πιστεύει ὁ δεσπότης, ἀνάθεμα αὐτῷ, ὡς τῷ Ἰούδᾳ. — Μανδάτωρ· ἐγὼ ὑμῖν λέγω εἰς ἕνα βαπτίζεσθαι. — Οἱ δὲ Πράσινοι ἀνεβόησαν ἐπάνω ἀλλήλων, καὶ ἔκραζον. ὡς ἐκέλευσεν, * ἄτλας, εἰς ἕνα βαπτίζομαι. — Μανδάτωρ· ὄντως εἰ μὴ ἡσυχάσετε, ἀποκεφαλίζω ὑμᾶς. — Οἱ Πράσινοι· ἕκαστος σπεύδει ἀρχὴν κρατῆσαι, ἵνα σωθῇ· καὶ εἴ τι ἂν εἴπωμεν θλιβόμενοι, μὴ ἀγανακτήσῃ τὸ κράτος σου· τὸ γὰρ θεῖον πάντων ἀνέχεται. — Οἱ Πράσινοι· ἡμεῖς λόγον ἔχοντες, αὐτοκράτορ, ὀνομάζομεν ἄρτι πάντα· ποῦ ἐστίν, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν, οὐδὲ τὸ παλάτιον, τρισαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις, μίαν εἰς τὴν πόλιν προέρχομαι, ὅτ' ἂν εἰς βορδόνην καθέζομαι· εἶθος *

1. ἀνέρχεσθε A, ἐνέρχ. vulg. μὴ τὸ A e omisso εἰς. 4. Μανιχεῖς A e. 5. μετὰ ὅλων τῶν Μανιχαίων a. 9. βαπτίζεται A f, fort. βαπτίζεσθε. 10. ἄτλας] Ἀντλᾶς A, utrumque obscurum. βαπτίζεται A e. 11. ἡσυχάσετε A, ἡσυχάσητε vulg. 13. εἴ τι ἂν εἴπωμεν A, εἴ τε ἂν εἴπομεν vulg. 15. ἡμεῖς om. A e. αὐτοκράτορ add. ex A. 17. κατάστασιν vel καταστάσεις legendum videtur. 18. βορδῶνιν A. εἶθος] ἤθοις A e, εἴθοις a, omnia incerta.

pendet deus illatae iniuriae praemium. — Mandator. spectatum convenistis? an forte contumeliis optimates respersuri? — Prasini. qui iniuriam intulerit, Iudae sortem sortietur. — Mandator. quiescite tandem, Iudaei, Manichaei, Samaritae. — Prasini. Iudaeos et Samaritas nuncupas? sit omnibus nobis adiutrix deipara. — Mandator. quousque vobis ipsis infausta precamini? — Prasini. anathema ceu Iudae, o domine, ei qui dominum non recta credere profitetur. — Mandator. in unius nomine vos baptizari iubeo. — Magna ad invicem contentione exclamaverunt Prasini, et vociferati sunt: ut iussit, hauri aquam, in unius nomine baptizor. — Mandator. sane, nisi quiescatis, caput vobis tollo. — Prasini. singuli quique salutem sibi quaerere incipiunt: at si quid afflicti proferamus, ne indignetur imperium tuum: ipse deus omnes sustinet patienter. — Prasini. nos cum iure queramur: cuncta nunc propriis appellamus nominibus: ubi moretur ille, nescimus: palatium, ter auguste, vel reipublicae status et administratio mihi ignota: unica via per urbem procedo, cum bor-

μηδὲ τότε, τρισαύγουστέ. — Μανδάτωρ· ἕκαστος ἐλεύθερος ὅπου θέλει, ἀκινδύνως δημοσιεύει. — Οἱ Πράσινοι· καὶ D θαρρῶ ἐλευθερίας, καὶ ἐμφανίσαι οὐ συγχωροῦμαι· καὶ ἐὰν ἐστιν ἐλεύθερος, ἔχει δὲ Πρασίνων ὑπόληψιν, πάντως εἰς φανερὸν κολάζεται. — Μανδάτωρ· ἑτοιμοθάνατοι οὐδὲ τῶν ψυχῶν ὑμῶν φείδεσθε; — Οἱ Πράσινοι· ἁρπαγῇ τὸ χρῶμα τοῦτο, καὶ ἡ δίκη οὐ χρηματίζει, ἄνες τὸ φονεύεσθαι· καὶ ἄφες, κολαζόμεθα. ἴδε πηγὴ βρύουσα, καὶ ὅσους θέλεις, κόλαζε. ἀληθῶς τὰ δύο ταῦτα οὐ φέρει ἀνθρωπίνη φύσις. * εἴθυς Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μηδὲ υἱὸν ἔσχεν φονέα. εἰκότως ἐκτὸς φόνος ἐστὶν ὁ γενόμενος εἰς τὸ Ζεῦγμα τῇ πρωΐ, P. 156 ἂς ἐθεώρησεν, καὶ τῇ δείλῃ ἐσφάγη, δέσποτα πάντων. — Οἱ Βένετοι· τοὺς φονεῖς ὅλου τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. — Οἱ Πράσινοι· πότε σφάζεις, καὶ ἀποδημεῖς; — Οἱ Βένετοι· σὺ δὲ σφάζεις, καὶ διακινεῖς. τοὺς φονεῖς γὰρ τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. — Οἱ Πράσινοι· δέσποτα Ἰουστινιανέ, αὐτοὶ παρακαλοῦσιν, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς φονεύει. νοήσει ὁ θέλων. τὸν ξυλοπώλην, τὸν εἰς τὸ Ζεῦγμα, τίς ἐφό-

5. ἑτοιμοθάνατοι A a, ἑτοιμοθαίνατοι vulg. 10. εἴθοις A f, εἴθοι a. Σαββάτιος A a, Σαββάτης vulg. 11. εἰκότως ἐκτὸς A, εἰκοστὸν ἕτος vulg. πρωΐ, ἃς] πρωΐας A a. 13. τοὺς φόνους ὅλους τοῦ σφαγείου a. 14. τότε A. 17. αὐτοῖς e f. νοήσει e, φονεύει f, νοήσῃ vulg. om. A. 18. ὁ θέλων A f, ὁ μὴ θέλων vulg.

doni insideo: utinam, * ter auguste, ne tum quidem. — Mandator. liber homo quilibet, quocunque vult, tuto atque impune in publicum procedere potest. — Prasini. libertati confido: eam tamen manifestam reddere mihi non licet. si quispiam liber est, de Prasinorum factione suspectus, omnino plectitur in manifesto. — Mandator. poenarii, furciferi, neque vitae vestrae parcitis? — Prasini. auferatur certe color iste, cessat prorsus a iure dicundo ipsa iustitia: permitte, occidamur: per te liceat, morte plectamur. en iam scaturit fons sanguinis, tu, quos lubet, plecte. certe duo haec humana natura minime patitur, * utinam Sabbatius nusquam fuisset natus, filium certe homicidam non habuisset. certe foris mane ad Zeugma patrata est caedes, utinam inspexisset maiestas tua et vesperi tandem, omnium domine, neci traditus fuisset. — Dixerunt Veneti: vestri sunt omnes, iique soli, totius huius stadii homicidae. — Opposuerunt Prasini: quandonam iugulas, et fugam arripis? — Veneti. tu caedes admittis, ac insuper tumultum moves. vestri sunt, iique soli per stadium homicidae. — Prasini. domine Iustiniane, isti precibus instant, et nullus caedit. haec qui volet, intuebitur. venditorem lignorum ad Zeugma

νευσεν, αὐτοκράτωρ; — Μανδάτωρ· ὑμεῖς αὐτὸν ἐφονεύσατε. — Οἱ Πράσινοι· τὸν υἱὸν τοῦ Ἐπαγάθου τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτωρ; — Μανδάτωρ· καὶ αὐτὸν ὑμεῖς ἐφο-
B νεύσατε· καὶ τοὺς Βενέτους πλέκετε. — Οἱ Πράσινοι· ἄρτι καὶ ἄρτι· κύριε ἐλέησον. τυραννεῖται ἡ ἀλήθεια. ἤθελον ἀντιβαλεῖν τοῖς λέγουσιν ἐκ θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ πράγματα. πόθεν αὕτη ἡ δυστυχία; — Μανδάτωρ· ὁ θεὸς κακῶν ἀπείραστος. — Οἱ Πράσινοι· θεὸς κακῶν ἀπείραστος; καὶ τίς ἐστιν ὁ ἀδικῶν με, εἰ φιλόσοφός ἐστιν ἢ ἐρημίτης, τὴν διαίρεσιν εἴπῃ τῶν ἑκατέρων. — Μανδάτωρ· βλάσφημοι καὶ θεοχόλητοι, ἕως πότε οὐχ ἡσυχάζετε; — Οἱ Πράσινοι· ἂν θεραπεύεται τὸ κράτος σου, στέγω, καὶ μὴ θέλων, τρισαύγουστε, ὅλα, ὅλα οἶδα· ἀλλὰ σιωπῶ· σώζου, δίκη, οὐκ
V. 125 ἔτι χρηματίζεις. μεταβαίνω, καὶ τότε ἰουδαΐζω. μᾶλλον δὲ
C ἑλληνίσαι συμφέρει, καὶ μὴ βενετίσαι, ὁ θεὸς οἶδεν. — Οἱ Βένετοι· τὸ μισῶ, οὐ θέλω βλέπειν· καὶ ὁ φθόνος παρενοχλεῖ μοι. — Οἱ Πράσινοι· ἀνασκαφῇ τὰ ὀστέα τῶν θεωρούντων. — Καὶ κατῆλθον οὗτοι, καὶ ἔασαν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας. καὶ εὐθὺς συνέβη γενέσθαι ὑπό τινων μαγιστόρων πρόφασιν δημοτικῆς ταραχῆς τρόπῳ τοιῷ-

6. ἀντιβάλαι A e. 9. εἰ ἢ A. ἐρημίτης A, ἐρημήτης vulg.
11. Θεοχόλωτοι A. 14. Ἰουδαΐζεις A e. 16. fort. ὃ μισῶ.
20. μαϊστόρων A.

quis interfecit, o imperator? — Mandator. vos eum occidistis. — Prasini. Epagathi filium quis interfecit, o imperator? — Mandator. vos etiam istum occidistis: et Venetos crimine implicatis. — Prasini. etiam nunc, etiam nunc, domine deus miserere. vis veritati infertur. deum mundi res omnes moderari asserentibus opponerem me quam libenter. quae haec calamitas? — Mandator. non est deus malorum auctor. — Prasini. malorum intentator deus non est? ecquis me per nefas opprimit? si philosophus extat, vel eremita, cedo utriusque discrimen? — Mandator. blasphemi, deo infensi, quando demum cessabitis? — Prasini. si maiestati tuae ita fiat satis, etiam invitus annuo, ter auguste. cuncta mihi nota, cuncta mihi nota: at silentium mihi. vale iustitia, nulla sunt deinceps tua sancita. desertorem ago, et ad Iudaeorum partes migro: imo gentilem potius fieri, quam a Venetis stare conducit: novit deus. — Veneti. quod exhorreo, etiam conspicere fugio: en tamen ut invidia mihi molestiam exhibet ingentem. — Prasini. effodiantur spectatorum ossa. — quo semel dicto Prasini discesserunt, imperatore ac Venetis in circo spectantibus relictis. confestim vero popularis tumultus praetextum a quibusdam magistris dari in

δε. κρατήσας ὁ ἔπαρχος τρεῖς δημότας τῶν ἀτακτούντων, ἐφούρκισεν αὐτούς. καὶ ὁ μὲν εἷς πάραυτα ἀπέθανεν· οἱ δὲ δύο ἔπεσαν ἐκ τῆς φούρκας. πάλιν ἐκρεμάσθησαν, καὶ πάλιν ἔπεσαν. τούτους οὖν ἑωρακὼς ὁ ἑστὼς ὄχλος ἔκραξεν· D τούτους τῇ ἐκκλησίᾳ. ἀκηκοότες οὖν οἱ μοναχοὶ τοῦ ἁγίου Κώνωνος ἦρπασαν αὐτοὺς ἐν ἀκατίῳ καὶ ἐπέρασαν εἰς τὸν ἅγιον Λαυρέντιον, διότι προνόμια εἶχεν τοῦ μηδένα ἐκβλήσκεσθαι τοῦ ναοῦ, ἕως οὗ πάθῃ τὸ ἱκανόν. ἀκούσας δ' ὁ ἔπαρχος ἔπεμψε στρατιώτας τοῦ φύλαττειν αὐτούς, καὶ γνόντες οἱ δῆμοι ἀπῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον αἰτοῦντες τὸν ἔπαρχον ἀποστῆναι ἐκ τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου τοὺς φυλάσσοντας στρατιώτας, καὶ ἀποκρίσεως οὐκ ἔτυχον παρ' αὐτοῦ· καὶ θυμωθέντες ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ ἐκάησαν οἱ ἔμβολοι P. 157 ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ φόρου ἕως τῆς Χαλκῆς, τά τε ἀργυροπρατεῖα, καὶ τὰ Λαύσου πάντα πυρὶ ἀνήλωσαν, καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας αὐτοῖς στρατιώτας κατέσφαξαν ἀφειδῶς. καὶ εἰσερχόμενοι ἐν τοῖς οἴκοις διήρπαζον τὰς ὑποστάσεις, καὶ ἐνεπύρισαν τὴν εἴσοδον τοῦ παλατίου τὴν χαλκόστεγον, καὶ τῶν Προτικτόρων καὶ τὸ ἔννατον τοῦ Αὐγουστέως. καὶ κα-

1. ἔπαρχος A, ὕπαρχος vulg. 3. ἔπεσον A utrobique. 6. ἐπέρασαν εἰς A, ἐπέρασαν αὐτοὺς εἰς vulg. 8. δ' ὁ ἔπαρχος A, οὖν ὁ ὑπ. vulg. 9. τοῦ φυλάσσειν αὐτοὺς add. ex A. 11. ἐκ add. ex A. 15. ἀνήλωσαν A b, ἀνηλώθησαν vulg. 19. τῶν Προτικτόρων A, Πρωτοτικτόρων vulg.

hunc modum contigit. apprehensos ex aurigantium factionibus tres seditiosos suspendio praefectus damnavit. eorum quidem unus vitam amisit extemplo: alii duo e patibulo ceciderunt. iterum suspensi, ceciderunt iterum. his conspectis, populus astans exclamavit: ad ecclesiam ducite. audito clamore, sancti Cononis monachi poenarios lembo sustulerunt, et ad sancti Laurentii traiectos deportaverunt, quod eo gauderet privilegio ecclesia, nullum ex ea eiiciendum, donec factum fuisset satis. ea re accepta, misit praefectus milites ad eos custodiendos; eos vero missos cum rescivissent populares factiones, ad Praetorium convenerunt, milites ad custodiam destinatos a sancti Laurentii templo amoveri a praefecto postulaturae: responsum vero nullum ab eo acceperunt. inde furore succensae factiones ignem Praetorio submiserunt; a fori camera ad usque Chalces terminos incenderunt cuncta, argentariorum officinas, Lausique aedificia omnia flammis consumpserunt, et obvios quosque milites, nulli venia concessa, occiderunt: domos quoque penetrantes bona diripuerunt cuncta, palatii aditum aere tectum, Protectorum stationem, et Augustei ennatum

τῆλθεν ὁ δῆμος εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ τῆς Σοφίας λεγόμενον λιμένα εἰς τὸν οἶκον Πρόβου ζητοῦντες ὅπλα, καὶ κράζοντες ἄλλον βασιλέα τῇ πόλει, καὶ ἔβαλον πῦρ εἰς τὰ Πρόβου· καὶ κατηνέχθη ὁ οἶκος. καὶ ἦλθον, καὶ ἔκαυσαν τὸν βαλανεῖον
B τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ τὸν ξενῶνα τοῦ Σαμψὼν τὸν μέγαν, καὶ ἀπώλοντο οἱ ἄρρωστοι, καὶ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν σὺν τοῖς ἀμφοτέροις κίοσι· καὶ πᾶσα ἐκ τετραέντου κατηνέχθη. ὁ δὲ βασιλεὺς φοβηθεὶς ἠθέλησε βαλεῖν εἰς δρόμωνα τὰ χρήματα, καὶ ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, ἕως Ἡρακλείας, καταλείψας φυλάττειν τὸ παλάτιον τὸν στρατηλάτην Μοῦνδον μετὰ τοῦ
C υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τρισχιλίων ἀνδρῶν καὶ Κωνσταντιόλου, καὶ τοῖς κουβικουλαρίοις. οἱ δὲ δῆμοι τοὺς νεκροὺς σύραντες ἔβαλον εἰς τὴν θάλασσαν, φονεύσαντες καὶ γυναῖκας πολλάς. φήμης δὲ γενομένης, ὅτι ὁ βασιλεὺς λαβὼν τὴν αὐγοῦσταν ἐξῆλθεν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἀνηγόρευσαν βασιλέα Ὑπάτιον τὸν πατρίκιον, καὶ καθεζόμενος ἐν τῷ ἱππικῷ εὐφημεῖτο ὑπὸ τῶν δήμων. καὶ ἤκουσεν τὰς ὑβριστικὰς φωνὰς τὰς πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα. ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ Φλαβιανῶν νεώτεροι Πράσινοι διακόσιοι λωρικάτοι, ὑπολαμβάνοντες ἀνοῖξαι τὸ παλάτιον καὶ εἰσαγαγεῖν τὸν Ὑπάτιον. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκού-

1. λεγόμενον] λέγω A. 5. τοῦ Σαμψὼν A, τὸν Σαμψὼ vulg. 12. τῶν κουβικουλαρίων scribi oportebat. 15. ἀνηγόρευσαν A, καὶ ἀν. vulg. 19. λωρικάτοι A, λουρικάτοι vulg. ἀνοῖξαι A, καὶ ἀν. vulg.

omne igne depopulati sunt. exinde dilapsa populi factio ad Iuliani aedes (Sophiae portus is dicitur) convenit, tum ad Probi, arma, aiebat, repertura, contendit: et in urbe imperatorem alium inclamans Probi domum incendit, quae mox in ruinam acta. pergens vero ulterius in Alexandri balneum flammas ultrices intulit, magnum Sampsonis hospitium, aegris etiam misere consumptis, devastavit, magnam quoque ecclesiam cum utriusque partis columnis: tota vero quadripartito in ruinam concidit. his imperator territus, pecuniam omnem in dromonem congerere, et Mundo militiae magistro, et eius filio, et millibus hominum tribus, nec non Constantiolo et cubiculariis ad palatii custodiam relictis, in Thraciam Heracleam usque secedere meditabatur. factiones porro cadavera (erant etiam illa plurimarum ab eis occisarum mulierum) per urbem raptantes in mare proiecerunt. at cum rumor sparsus esset imperatorem abducta secum augusta in Thraciam profugisse, Hypatium patricium imperatorem salutaverunt: mox sedens in circo populi factionum faustas voces excepit, et contumeliosarum in Iustinianum coniectarum extitit auditor. convolarunt insuper a Flavianis iuniores Prasini ducenti loricati, qui pala-

σας τὰ παρὰ τοῦ δήμου καὶ Ὑπατίου τολμηθέντα, εἰσῆλθεν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὰ λεγόμενα Πούλπιτα, ὄπισθεν τοῦ καθίσματος τοῦ ἱπποδρομίου, εἰς τὸν τρίκλινον τὸν ἔχοντα χαλκᾶς θύρας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Μοῦνδον καὶ Κωνσταντίολον καὶ Βελισάριον καὶ ἄλλους συγκλητικούς, καὶ ἐνόπλων στρατιωτῶν βοήθειαν καὶ κουβικουλαρίους καὶ σπαθαρίους. ἐξελθὼν δὲ Ναρσῆς ὁ κουβικουλάριος, ὑπέσυρέν τινας ἐκ τοῦ Βενέτου μέρους, ῥογεύσας χρήματα· καὶ ἤρξαντο κράζειν· Ἰουστινιανὲ αὔγουστε, τοῦ βίκας. κύριε σῶσον Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, καὶ Θεοδώραν τὴν αὐγοῦσταν. τότε διχονοήσαν τὸ πλῆθος, ὥρμησαν κατ' ἀλλήλων. καὶ ἐξελθόντες οἱ τοῦ παλατίου μετὰ τῆς αὐτῆς βοηθείας, ἀπέσχισάν τινας αὐτῶν ἀπὸ τοῦ δήμου, καὶ ὥρμησαν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον. καὶ ὁ μὲν Ναρσῆς διὰ τῶν θυρῶν, ὁ δὲ υἱὸς Μούνδου διὰ τῆς σφενδόνης, ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ μονοπάτου τοῦ καθίσματος εἰς τὸ πέλμα, καὶ ἤρξαντο κόπτειν τοὺς δήμους, οἱ μὲν τοξεύοντες, οἱ δὲ κατασφάζοντες, ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν ἢ Βενέτων ἢ Πρασίνων εὑρεθέντων ἐν τῷ ἱππικῷ σωθῆναι. ὁ δὲ Βελισάριος εἰσδραμὼν ἐπὶ τὸ κάθισμα τοῦ βασιλέως μετὰ σπαθαρίων συλλαβόμενος Ὑπάτιον προσήγαγεν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀπέ-

D V. 126

P. 158

3. ἱπποδρομείου A h. l. et infra. 4. χαλκᾶς A e, τὰς χ. vulg.
7. ὑπέσυρέν A, ἐπέσ. vulg. 17. ἢ Βενέτων A, ἢ τῶν B. vulg.

tium reserare, et Hypatium introducere in animo habebant. imperator, intellectis factionis et Hypatii temerariis conatibus, ingressus palatium Mundo, Constantiolo, Belisario aliisque senatorii ordinis viris, nec non armatorum militum praesidio cubiculariisque et spathariis secum ductis, locum Pulpita dictum pone circi thronum ad triclinium, portis aeneis insigne, occupat. egressus vero Narses cubicularius, pecuniarum largitione quosdam ex Veneta factione ad partes suas traxit, qui vociferari coeperunt: Iustiniane auguste, tu vincas. domine, serva Iustinianum imperatorem et Theodoram augustam. tum factiones in discordiam adductae in invicem fecerunt impetum: at qui palatium tenebant cum praesidiariis erumpentes, factionis desertores ad se nonnullos adiunxerunt, et una simul irruerunt in circum. et Narses quidem ostiis anterioribus, Mundi filius iis quae ad metam, alii per semitam, qua tendit imperator ad proprium sedile in arenae solum delati, factiosos, hi quidem sagittis, alii gladiis confodere et concidere coeperunt: adeo ut nullus ex Venetis aut Prasinis civis, qui tunc in circo repertus, incolumis evaserit. Belisarius ad imperatoris sedile una cum spathariis evolans raptum Hypatium duxit ad imperatorem, qui illico custodiae traditus. caesorum ea die numerata sunt

ἔθεντο αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ. ἀπέθανον δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ χιλιάδες τριάκοντα πέντε ἀνδρῶν. καὶ οὐκ ἔτι ἐφαίνετο δημότης πώποτε· ἀλλ' ἐγένετο ἡσυχία τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. τῇ δὲ ἐπαύριον ἐσφάγησαν Ὑπάτιος καὶ Πομπήϊος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· καὶ ἐρρίφη τὰ σώματα αὐτῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ
B ἐδημεύθησαν οἱ οἶκοι αὐτῶν, μετὰ καὶ ἄλλων ιῆ πατρικίων καὶ ἰλλουστρίων καὶ ὑπατικῶν δημευθέντων, ὡς συνδρόμων Ὑπατίου. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας, καὶ ἡσύχασεν ἡ πόλις, καὶ οὐκ ἤχθη ἱππικὸν ἐπὶ ἱκανὸν χρόνον.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ἀστέρων γέγονε δρόμος πολὺς ἀπὸ ἑσπέρας ἕως αὔγους· ὥστε πάντας ἐκπλήττεσθαι καὶ λέγειν, ὅτι οἱ ἀστέρες πίπτουσιν, καὶ οὐκ οἴδαμέν ποτε τοιοῦτο
C πρᾶγμα.

A.M. 6025 Ῥώμης ἐπισκόπου Ἰωάννου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδώρα ἡ εὐσεβεστάτη αὐγοῦστα ἐξῆλθεν εἰς τὰ θερμὰ τῶν Πυθίων τοῦ θερμῖσαι· καὶ συνεξῆλθον αὐτῇ, ὅ τε πατρίκιος Μηνᾶς ὁ ἔπαρχος καὶ ὁ πατρίκιος Ἠλίας ὁ κόμης τῶν λαργιτιόνων, καὶ ἄλλοι πατρίκιοι, καὶ οἱ κουβικουλάριοι καὶ σατράπαι, χιλιάδες τέσσαρες· καὶ πολλὰ ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πτωχείοις καὶ τοῖς μοναστηρίοις.

5. τὰ add. ex A. 16. τοῦ om. A. συνεξῆλθον A, συνῆλθον vulg. 18. λαργιτιόνων A a, λαργιτιανῶν vulg. 20. πτωχοῖς A.

ad triginta quinque millia: nec ullus qui factioni cuipiam esset addictus occurrit ullibi: quin immo cuncta summa tranquillitate sunt composita. sequenti luce Hypatius et Pompeius eius frater necati, et eorum cadavera in mare proiecta, aedesque illorum publicatae, una cum aliorum patriciorum 18 et illustrium et consularium, quorum facultates imperatoris aerario addictae, quod se Hypatii fautores et auxiliarios praebuissent. magnus exinde terror animos omnium incessit, urbs tumultuari destitit, nec non nisi longo post spatio circenses editi sunt ludi.

Hoc eodem anno a vespere ad crepusculum matutinum astrorum concursus ingens visus est, adeo ut omnes metu exanimati exclamarent: cadunt e caelo stellae, nec unquam rem monstro tam proximam conspeximus.

gaudeat, solerter exponit: his addit fidei inconstantiam, fastum arrogantem, et supra modum animi motus violentos. Pheroganis milites, ubi haec, quae alioqui vera erant, intellexere, ad Baram defecerunt, et Pherogane occiso illius exercitui se adiunxere; et ad Ctesiphontem profecti sunt. sub id vero tempus Bindoës amplissimae dignitatis vir ab Hormisda in vinculis detinebatur. porro in negotiorum procella summaque animorum perturbatione, Besdas Bindois frater in carcerem irrumpens, Bindoem fratrem inde extraxit: et collecta rusticorum atque civium turba, sub tertiam diei horam palatium ingressi, Hormisdam, quem regali habitu throno insidentem reperere, contumeliis variisque appetunt iniuriis. Bindoës autem Hormisdam apprehendens diadema ab eius capite avulsit, ipsumque in carcerem detrusit; Chosroëm vero ut paternum solium reciperet hortatus est. Hormisdas autem summisso ex carcere ad Persas nuncio, ut sibi, quae e Persarum re forent, dicendi copiam facerent, deprecatus est. indictus ergo in sequentem diem frequens Persarum conventus: qui ubi una cum plebe in regia congregatus fuit, Hormisdam vinctum coram adduci iussit. Hormisdas primum in reges, quae pateretur, non committenda, Persas monere: tum vero, quae tulisset tropaea, quae bona con-

οὗ ἐβασίλευσεν, τρόπαια πεποίηκεν, καὶ ὅσα εὐεργέτησεν Πέρσας, καὶ ὅπως Τούρκους τῇ Περσίδι φόρους τελεῖν πεποίηκεν, Ῥωμαίους δὲ εἰρήνης ἐρᾶν, καὶ ὅπως τὴν Μαρτυρόπολιν παρέ-
B λαβεν, καὶ τὰς πατρῴας ἀριστείας ἐξήγγειλεν. ἠξίου δὲ ἀποχειροτονηθῆναι Χοσρόην τῆς βασιλείας, ὡς φιλάδικον καὶ ἄπληστον, καὶ αἱμοχαρῆ, ὑπεροπτικόν τε καὶ ὑβριστὴν καὶ φιλοπόλεμον· ὑπεῖναι δὲ αὐτῷ παῖδα, καὶ τοῦτον μᾶλλον εἰς βασιλέα προχειρίσασθαι παρεκάλει. Βινδόης δὲ πρὸς Ὁρμίσδαν ἀντέλεγεν, καὶ τὰ τούτου σφάλματα εἰς μέσον προβαλλόμενος πάντας διήγειρεν κατὰ τοῦ Ὁρμίσδα· καὶ ἄγουσιν
C εἰς μέσον τήν τε γυναῖκα Ὁρμίσδου καὶ τὸν υἱόν· καὶ τοῖς προσειωθόσιν ἐπ' ὄψεσιν Ὁρμίσδου τούτους ἐδιχοτόμησαν. τὸν δὲ Ὁρμίσδαν τυφλώσαντες, τῇ φρουρᾷ ἐναπέθεντο. καὶ ὁ μὲν Χοσρόης ἄχρι τινὸς τὸν πατέρα ἐφιλοφρόνησεν ἐν τῇ φρουρᾷ, πᾶσαν ἡδονὴν παρέχων· ὁ δὲ Ὁρμίσδας ὕβρεσι τοῦτον
V. 178 ἠμείβετο, καταπατῶν τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεμπόμενα. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Χοσρόης ῥοπάλοις ἀγρίοις ἐκέλευσε κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον τοῦτον ἀποθανεῖν. τοῦτο δὲ ἐλύπησεν τοὺς

2. ὅπως Τούρκους τῇ Περσίδι φόρους τελεῖν πεπ. A, ὅσους φόρους Τούρκων τελεῖν τῇ Π. πεπ. vulg. 7. αὐτῷ μᾶλλον παῖδα A, omisso μᾶλλον, quod sequitur. 12. προειωθόσιν A, quo sensu, nescio. 16. καταπατῶν — — πεμπόμενα om. A. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Χ. ῥοπ. A, ὠργίσθη δὲ ὁ Χ. καὶ ῥοπ. vulg. 17. κατὰ τῶν λαγόνων τυπτόμενον A, κατὰ τὸν λαγόνα τύπτεσθαι vulg.

tulisset, quantis tributis a Turcis deinceps pendendis Persicas res auxisset, commemorare: ut pacem quaerere coegisset Romanos, ut Martyropolim subegisset, quantis etiam apud Persas pater excelluisset praeclaris facinoribus, enarrare: quare Chosroëm ceu dissidiorum cupidum, avaritiae voraginem, caedibus assuetum, praesumptuosum, iniuriis inferendis pronum, bellorumque tumultibus gaudentem, regno privandum: minorem sibi esse filium, quem potius regem promovendum persuadebat. at Bindoës adversus Hormisdam perorans, et quos turpiter lapsus admisisset coram enumerans, consessum universum in Hormisdam incendit. uxorem tandem et filium Hormisdae producunt in medium, et sub ipsius Hormisdae conspectu serra medios dividunt: eum vero oculis privatum coniecerunt in carcerem. ac nonnullo quidam dierum intervallo patrem in custodia benigne excepit Chosroës, suppeditatis etiam, quae volupe forent, deliciis: Hormisda vero missa a rege munera pedibus conculcante, et iniurias conviciaque rependente, Chosroës ira percitus, fustibus agrestibus per ilia usque ad necem caedi iussit. tam immane facinus Persas afflixit, et omnium

Πέρσας, καὶ μῖσος κατὰ τοῦ Χοσρόου ἐνέθηκεν. Χοσρόης δὲ συναθροίσας δυνάμεις, τῶν βασιλείων ὑπεξελθὼν κατὰ τοῦ Βαρὰμ παρεγένετο ἐν πεδίῳ τοῦ Ζάβα ποταμοῦ, ἔνθα Βαρὰμ τὸν χάραχα εἶχεν. ὑπολαβὼν δὲ Χοσρόης, ὅτι τινὲς τῶν ἀρχόντων πρόσκεινται τῷ Βαράμ, τούτους ἐφόνευσεν. ταραχθέντος δὲ τοῦ λαοῦ, ἀποδιδράσκει Χοσρόης μετά τινων ὀλίγων D καὶ πάντες οἱ περὶ τὸν Χοσρόην τῷ Βαρὰμ προσεχώρησαν. ὁ δὲ Χοσρόης ἠπόρει τί δράσοι, ἐνίων μὲν συμβουλευόντων αὐτῷ πρὸς Τούρκους χωρεῖν, ἑτέρων δὲ πρὸς Ῥωμαίους. ὃ δὲ Χοσρόης τοῦ ἵππου ἐπιβὰς καὶ τὸν χαλινὸν ἐάσας προστάττει πᾶσιν ἕπεσθαι τοῖς τοῦ ἵππου κινήμασιν. ὁ δὲ ἵππος ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ μέρη ἀπεκίνησε, καὶ πρὸς τὸ Κερκέσιον παραγίνεται· καὶ πρέσβεις ἐκπέμπει τὴν ἑαυτοῦ ἄφιξιν κατάδηλον Ῥωμαίοις ποιούμενος. ἔτυχε δὲ Πρόβον τὸν πατρίκιον ἐκεῖ ὄντα τοῦτον ὑποδέξασθαι, καὶ διὰ γραμμάτων τῷ βασιλεῖ μηνύσαντα τὰ κατ' αὐτόν. ὁ δὲ Βαρὰμ ἀπέστειλεν πρέσβεις πρὸς P. 224 αὐτὸν αἰτούμενος μὴ συμμαχῆσαι τῷ Χοσρόῃ· κελεύει δὲ ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος Κομεντιόλῳ στρατηγῷ εἰς Ἱεράπολιν τὸν Χοσρόην ὑποδέξασθαι, καὶ βασιλικαῖς θεραπείαις τιμῆσαι· τῷ δ' αὐτῷ ἔτει κατέδειξεν ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος γενέσθαι

2. τῶν add. ex A. 7. οἱ add. ex A. 8. δράσει A, δρᾶσαι f, δράσοιτο vulg. 10. τοῦ ἵππου A, τῶν ἵππων vulg. 12. Κέρσιον A. 13. ἐκπέμπει A, πέμπει vulg. 15. μηνύσας a. 16. πρὸς Μαυρίκιον A.

odium adversus Chosroëm provocavit. Chosroës collectis armatorum copiis regia se subduxit, et adversus in Zabae fluminis planitiem, qua Baram cum castris consederat, perrexit. optimatum vero suorum in Baram partes inclinare Chosroës suspicatus, eos morti tradidit: ex quo tumultuantibus copiis Chosroës cum paucis fugam inire cogitur: reliquus autem exercitus totus ad Baram defecit. quamobrem Chosroës quid sibi agendum foret incertus, cum alii ad Turcos, ad Romanos alii secedere suaderent, consendens equum, fraenumque remittens, spontaneos equi motus caeteros omnes sequi iussit. equus autem ad Romanorum fines progressus, ad Cercesium venit: tum vero legatos misit, qui adventum suum Romanis nunciarent. contigit autem Probum patricium ibi forte repertum eum excipere, et per litteras, quae ad eum spectarent, cuncta imperatori significare. porro Baram, ne Chosroi suppetias ferret imperator, missis ad eum legatis oravit: at Mauricius imperator Comentiolo mandavit Chosroëm Hierapoli susciperet, et regiis honoribus prosequeretur. caeterum hoc etiam anno celebrandae ad Blachernas supplicationis in sanctae deiparae

εἰς τὴν μνήμην τῆς ἁγίας θεοτόκου τὴν λιτὴν ἐν Βλαχέρναις, καὶ ἐγκώμιως λέγειν τῆς δεσποίνης, ὀνομάσας αὐτὴν πανήγυριν.

A.M. 6081 Περσῶν βασιλέως Χοσρόου ἔτος α'.

B Τούτῳ τῷ ἔτει τεκνοποιηθεὶς ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος Χοσρόην τὸν βασιλέα Περσῶν, Δομετιανὸν ἐπίσκοπον Μελιτινῆς πρὸς αὐτὸν ἐξέπεμψεν τὸν ἴδιον συγγενῆ σὺν Ναρσῇ, τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου τούτῳ καταπιστεύσας. οἵ τινες παραλαβόντες τὸν Χοσρόην καὶ πάσας τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις, εἰς τὴν Περσίδα εἰσβάλλουσιν. ὁ δὲ Βαρὰμ τοῦτο μαθὼν τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀναλαβών, ἐν τόπῳ Ἀλεξανδρίνης C ὀνομαζομένῳ ἐστρατοπέδευσεν, κωλύειν οἰόμενος τὰ ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐρχόμενα στρατεύματα τοῦ μὴ ἑνωθῆναι τῷ Ναρσῇ. ἐκέλευσε γὰρ Μαυρίκιος Ἰωάννην τὸν Μουστάκωνα τὸν τῆς Ἀρμενίας στρατηλάτην ἀναλαβεῖν τὰ στρατεύματα, καὶ ἑνωθῆναι τῷ Ναρσῇ, τοῦ ἅμα συστήσασθαι τὸν πρὸς τὸν Βαρὰμ πόλεμον. διὰ δὲ τῆς νυκτὸς ἡνώθησαν πᾶσαι αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις, καὶ παρετάξαντο κατὰ Βαράμ. ὁ δὲ Βαρὰμ πρὸς τὸ ὄρος ἐστρατοπέδευσεν, δειλίᾳ κατεχόμενος. πολέμου δὲ φοβεροῦ κροτηθέντος, ὁ Ναρσῆς τῶν Ἰνδικῶν καταφρονήσας θηρίων, τὴν μέσην τῶν βαρβάρων διέλυσε φάλαγγα. τού-

6. *Μελιτηνῆς* A. 9. *τὸν* add. ex A. 13. *τῷ Ναρσῇ* — — — — *ἑνωθῆναι* om. a. 17. *πᾶσαι αἱ ἀμφότεραι δυν., καὶ πάντες ἐστρατεύσαντο κατὰ Βαρὰμ* a. 20. *φοβεροῦ* add. ex A.

exemplar et normam imperator Mauricius dedit, et dominae encomia recitari iussit, idque panegyrim nuncupavit.

A.C. 581 Persarum regis Chosrois II. annus primus.

Hoc anno Chosroë Persarum rege in filium adoptato, Domitianum Melitines episcopum sanguine sibi coniunctum ad eum misit imperator Mauricius una cum Narsete, cui belli et exercitus regendi supremam contulit potestatem. illi Chosroë secum ducto, et universis Romanis copiis sibi adiunctis in Persiam irrumpunt. Baram eo accepto nuncio, quem secum habuit exercitum, loco cui nomen Alexandrina constituit, et castra metatus, copias ex Armenia eductas ne Narseti aggregarentur impedire meditabatur. Mustaconem quippe Ioannem Armenicae militiae magistrum acies sibi commendatas secum sumeret, et Narseti, bello una cum eo adversus Baram movendo se adiungeret, Mauricius imperaverat. de nocte itaque cunctae Romanorum copiae in aciem unam conflatae, in Baram praeclaro ordine instructae sunt. Baram metu agitatus ad montem castra metatur. inito certamine, Narses calcatis Indicis animantibus, mediam barbarorum

του δὲ γενομένου καὶ αἱ λοιπαὶ τοῦ Βαράμ ἠσθένησαν φάλαγγες, καὶ γίνεται τοῦ τυράννου μεγάλη φυγή. ὁ δὲ Ναρσῆς ἀκατασχέτως διώκων ἀνεῖλεν τοὺς Πέρσας. ἐξ δὲ χιλιάδας D
ζωγρήσας, πρὸς Χοσρόην δεσμίους ἤγαγεν. ὁ δὲ Χοσρόης πάντας ἀνεῖλεν τῷ δόρατι. ὅσοι δὲ Τοῦρκοι ἐτύγχανον, τούτους τῷ αὐτοκράτορι εἰς Βυζάντιον ἔπεμψεν. τῶν δὲ Τούρκων ἐν τοῖς μετώποις τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ διὰ μέλανος V. 179
κεντητοῦ ἐχόντων, ἐρωτωμένων ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος, ποίῳ τρόπῳ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐπιφέρονται; οἱ Τοῦρκοι ἔφασκον
πρὸ πολλῶν χρόνων λοιμὸν ἐν Τουρκίᾳ γενέσθαι, τινὰς δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς Χριστιανῶν ὑποθέσθαι τοῦτο ποιῆσαι, ὡς ἐντεῦθεν σωτηρία κατὰ τὴν χώραν ἐγένετο. ὁ δὲ στρατὸς τῶν
Ῥωμαίων τὴν σκηνὴν τοῦ Βαράμ καὶ τὸ τοῦλδον παραλαβόν- P. 225
τες μετὰ τῶν ἁλισφάντων, τῷ Χοσρόῃ προσήνεγκαν. ὁ δὲ Βαράμ ἐπὶ τὰ ἐνδότερα μέρη τῆς Περσίδος τὴν φυγὴν ἐποιήσατο· καὶ οὕτως ὁ κατ' αὐτοῦ διαλύεται πόλεμος. ὁ δὲ Χοσρόης μεγάλην νίκην ἀναδησάμενος, τὸν ἴδιον ἀπέλαβεν θρόνον, καὶ ἐπινίκια εἱστία Ῥωμαίοις. ὁ δὲ Ναρσῆς ἀναζευγνύων ἐπὶ τὰ ἴδια, τῷ Χοσρόῃ ἔλεγεν· μέμνησο, Χοσρόη,
τῆς παρούσης ἡμέρας. Ῥωμαῖοί σοι τὴν βασιλείαν χαρίζον-

1. καὶ add. ex A. 7. διὰ μέλανος κεντητοῦ A, κεντητοῦ διὰ μέλ. vulg. 9. τοῦτο om. A. 10. τινὰς A, τινὲς vulg. 16. κατ' αὐτοῦ A, κατ' αὐτὸν vulg. 18. εἱστία A, ἐστία vulg.

phalangem fregit: eo praestito, reliquae etiam Baram phalanges infirmatae, totusque cum tyranno exercitus in fugam effusus. Narses laxatis habenis fugientes insequutus, Persarum maximam edidit stragem, ad sex millia vero vivos captos et vinculis obstrictos ad Chosroëm adduxit: quos ille hastis transverberatos neci tradidit. Narses, quos reperit Turcos, ad imperatorem Byzantium transmisit. porro Turci crucis figuram nigris punctionibus effigiatam cum gerant in frontibus, qua ratione signum illud praeferant ab imperatore interrogati, responderunt: multos ante annos cum pestis per Turciam grassaretur, quosdam ex suis Christianos auctores fuisse, ut id fieret, ex quo pristina salubritas in regionem reducta est. caeterum Romanorum exercitus tentorium Baram et universum eius bellicum apparatum atque elephantos capiens ad Chosroëm adduxit. Baram vero in interiores Persidis regiones fuga se recepit: bellumque adversus eum susceptum ita demum diremptum est. Chosroës tam praeclara victoria redimitus, proprium thronum recuperavit, epulumque triumphale et victoriae grates Romanis praebuit. Narses autem domum reversurus, Chosroi dixit: fac praesentis diei memor usque sis, Chosroës; regno te do-

ται. Χοσρόης δὲ τὴν δολοφονίαν δεδοικώς, ἐζήτει Μαυρίκιον χιλίους Ῥωμαίους εἰς φυλακὴν αὐτοῦ ἔχειν· ὁ δὲ Μαυρίκιος ἀγάπην πολλὴν πρὸς τὸν βάρβαρον κεκτημένος, ἐπλήρου τὸ αἴτημα αὐτοῦ. καὶ οὕτως ὁ Περσικὸς τῶν Ῥωμαίων κατεπέπαυτο πόλεμος.

A.M. 6082 Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ κϛ', ἰνδικτιῶνι ἡ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου πάσχα χρόνων τεσσάρων ἥμισυ ἐστέφθη Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ὑπὸ Ἰωάννου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ἣν ἀπήρξατο κτίζειν Τιβέριος, ἀνεπλήρωσεν ἐν τῇ μέσῃ οὖσαν, ὅπερ τόπον πρώην ἔλεγον εἶναι πραιτώριον. εἰρήνης δὲ βαθείας τὴν ἀνατολὴν καταλαβούσης, [ὁ Μαυρίκιος] ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐκύμαινεν πόλεμος. διὰ τοῦτο ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὰς δυνάμεις ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην μετήγαγεν.

A.M. 6083 Τούτῳ τῷ ἔτει ἀρχομένου τοῦ ἔαρος, καὶ τῶν ταγμάτων τὴν Θρᾴκην καταλαβόντων, ἐξῆλθεν σὺν αὐτοῖς ὁ Μαυρίκιος ἰδεῖν τὰ ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατεστραμμένα. ἡ δὲ αὐγοῦστα

6. Ὀκτωβρίῳ a. 8. ὁ add. ex A. τοῦ αὐτοκρ. om. A, ante haec verba χρόνῳ τετάρτῳ add. f. 14. ὁ Μαυρίκιος delendum videtur. πόλεμος A, πόλεμον vulg. 15. ἀπὸ ἀνατολῆς A, ἀπὸ τὴν ἀνατολὴν vulg.

nant Romani. Chosroës porro necem dolis intentandam veritus, Romanos mille ad sui custodiam et satellitium deputandos a Mauricio expetiit. Mauricius vero multa humanitate erga barbarum usus, postulatis eius fecit satis: huncque tandem exitum bellum Persicum obtinuit.

A. C. 582 Hoc anno mensis Martii die sexto supra vigesimum, indictione octava, Theodosius Mauricii imperatoris supremi filius, die paschatis sancto, a Ioanne patriarcha, quatuor solis annis cum medio natus coronam imperii accepit.

Eodem anno Mauricius supremus imperator sanctorum quadraginta martyrum ecclesiam, a Tiberio exaedificari coeptam, et iam ad opus medium ductam absolvit. praetorium eo loco quondam constructum narrant. profunda vero pace totum orientem occupante, Europa bellorum procellis agitabatur: eapropter ipse supremus imperator imperii vires omnes ab oriente in Thraciam transportavit.

A. C. 583 Hoc anno ineunte vere, et copiis in Thracia iam collectis, Mauricius cum eis egressus ruinas a barbaris excitatas visum perrexit. augusta vero, patriarcha, et universus senatus, ne propria opera move-

καὶ ὁ πατριάρχης καὶ ἡ σύγκλητος παρεκάλουν τὸν βασιλέα μὴ αὐτουργῆσαι πόλεμον, ἀλλὰ στρατηγῷ τοῦτον ἐγχειρῆσαι· ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο. ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ, γέγονεν ἡλίου ἔκλειψις. ἐπεγένοντο δὲ ἐξαισίων πνευμάτων φυσήματα, νότος βίαιος. ἐν δὲ τῷ Ῥηγίῳ ἐλθόντος, τῶν πενήτων τὰ πλήθη ἀργυρίοις ἐψυχαγώγησεν. ἐπὶ θήραν δὲ ἐξελ- P. 226
θὼν ὁ αὐτοκράτωρ, ὑς ἄγριος παμμεγέθης κατὰ τοῦ καίσαρος ὥρμησεν. ὁ δὲ ἵππος διὰ τὸ φοβερὸν τοῦ θεάματος ἀποβαλεῖν τὸν καίσαρα ἐγχειρεῖ. ἐπὶ πολὺ δὲ ἀπαταστατήσας οὐκ ἠδυνήθη τὸν καίσαρα ῥῖψαι· ὁ δὲ ὑς ὑπ' οὐδενὸς τρωθείς, ἀνεχώρησεν. ἐπὶ τὴν Πείρινθον δὲ διὰ ναυτιλίας τὴν πορείαν V. 180
ποιούμενος, ἀνέμων ἐξαισίων καὶ βροχῆς γενομένης, καὶ αὐτῶν ἀπορησάντων, τὸ σκάφος ἐφέρετο τοῦ αὐτοκράτορος, ὥστε παραδόξως διασωθῆναι ἐν τῷ λεγομένῳ Δαονίῳ. τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ γύναιον ἔτικτεν, καὶ βοὰς οἰκτρὰς ἠφίει· πρωΐας δὲ γενομένης, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἰδεῖν τὸ συμβησόμενον. καὶ εἶδον παιδίον γεννηθὲν ὀφθαλμῶν καὶ βλεφάρων ἀμέτοχον, B
μήτε χεῖρας μήτε βραχίονας ἔχον· πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐρὰ προσφυῶς ὑπῆρχεν αὐτῷ. ταύτῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὁ ἵππος

4. ἐξαισίων A, ἐξ αἰσίων vulg. ἐπεγέν. δὲ ἐξ. πν. φυσ. om. f. 5. ἐλθόντος] ἐλθὼν A, manu correctoris. 12. καὶ αὐτῶν] τῶν αὐτῶν vulg. 14. διασωθῆναι A, σωθῆναι vulg. 15. βοὰς] φωνὰς a. 16. ἰδεῖν τὸ συμβ. A, ἰδεῖν, τί τὸ συμβ. vulg. 17. εἶδον A, εἶδεν vulg.

ret bellum, quin illud duci committeret, rogabant: quod ille detrectavit admittere. eo igitur ad castra pergente, solis defectus contigit: ventorumque vehementium, noti videlicet violentioris, flatus exorti sunt. Rhegium cum attigisset, magnam egenorum multitudinem nummis argenteis in eos sparsis recreavit. cum venatum prodiisset, ingens aper in caesarem ex impetu irruit: equus eius aspectu territus caesarem excutere conabatur: cum saltibus, calcibus et excussibus lusisset satis, caesarem exturbare nunquam valuit. tum vero aper a nullo laesus, in silvam secessit. Perinthum praeterea navigio iter faciens, vehementiore vento pluviaque incumbente, nautis ad extremas adductis angustias, scapha, qua vehebatur imperator, procellis asportata est, et praeter omnium opinionem, ad locum, cui nomen Daonius, salva reddita. eadem illa nocte parturiens mulier lamentabiles voces edebat. exorto die misit imperator, qui pararent, ut, quae contigerat, rei fieret ipse spectator. vidit autem infantem natum oculis et palpebris orbum, cui neque manus neque brachia essent: e coxis autem piscis cauda illi enascebatur. eodem quoque die equus imperatoris phaleris aureis circumquaque ornatus concidit subito, atque ru-

τοῦ βασιλέως ὁ τὸν χρυσοῦν· περικείμενος κόσμον, ἀθρόως διερράγη πεσών. ὁ δὲ βασιλεὺς τούτοις πᾶσιν οἰωνισάμενος, περίλυπος ἦν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἄνδρες τρεῖς Σκλαβινοὶ τὸ γένος, μηδέν τι σιδηροῦν περιβαλλόμενοι, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκρατήθησαν, κιθάρας μόνας βαστάζοντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἠρώτα, πόθεν τε εἶεν καὶ ποῦ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο; οἱ δὲ τὸ μὲν γένος ἔφασαν πεφυκέναι Σκλαβινοί· πρὸς δὲ τῷ τέλει τοῦ δυτικοῦ ὠκεανοῦ ᾠκηκέναι· τὸν δὲ Χαγάνον πρὸς αὐτοὺς πρεσβείαν πέμψαι, καὶ δῶρα τοῖς ἐθνάρχαις αὐτῶν τοῦ συμμαχῆσαι αὐτῷ κατὰ Ῥωμαίων· οἱ δὲ ταξιάρχαι αὐτῶν ἀπέστειλαν αὐτοὺς ἀπολογήσασθαι τῷ Χαγάνῳ, ὅτι οὐ δύναται διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ ἀποστεῖλαι αὐτῷ συμμαχίαν. ὀκτωκαίδεκα δὲ μηνῶν ἔφασκον ποιήσασθαι ὁδοιπορίαν, καὶ οὕτως τοῖς Ῥωμαίοις περιπεσεῖν. κιθάρας δὲ περιφέρεσθαι, ὡς μὴ εἰδότας ὅπλα περιβαλέσθαι τινά, τῆς χώρας αὐτῶν ἀγνοούσης τὸν σίδηρον. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ θαυμάσας τήν τε ἡλικίαν καὶ τὰ μεγέθη τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐπαινέσας, εἰς Ἡράκλειαν αὐτοὺς παρέπεμψεν. καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀγχίαλον, καὶ μαθὼν ὅτι πρέσβεις εἰς τὸ Βυζάντιον Περσῶν τε καὶ Φράγκων παρεγένοντο, ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια.

3. τρεῖς om. A a f. 7. σιδηροῦν A, σίδηρον vulg. 7. πρὸς δὲ τῷ τέλει τοῦ δυτικοῦ Ὠκεανοῦ A, πρὸς τῷ τέλει Ὠκ. vulg. 9. ἐθνάρχαις A, ἐθνάρχοις vulg. 11. δύναται A, δύνανται vulg. 15. εἰδότας A, εἰδότες vulg. 16. τὸν σίδ. A, τὸ σ. vulg. 20. Φραγγάνων A.

ptus est. istis omnibus tanquam ominibus intentus imperator, tacito moerore conficiebatur. postera luce viri tres Sclavinorum genere orti nullo ferro vel gladio accincti, sed citharis tantummodo instructi, a Romanis capti sunt. unde traherent ortum, vel moram facerent, imperator rogare. illi se genere Sclavinos, et ad oceani limites habitare responderunt. Chaganum autem legatos ad se misisse, et tribuum suarum praefectos muneribus sollicitasse, ut sibi suppetias adversus Romanos ferrent: se vero ab familiarum capitibus missos, qui eos apud Chaganum excusarent, quod ob viarum remota intervalla manum auxiliarem ei praebere nequeant. octodecim vero mensium iter confecisse, ac ita demum in Romanorum manus se prolapsos asseverabant: citharas autem circumduxisse; in regione quippe ferri nescia natos, armis non assuetos se tegere. imperator hominum staturam miratus, laudata corporis eorum proceritate, ipsos Heracleam misit. inde cum Anchialum venisset, de legatorum a Persis et Francis missorum adventu certior factus, Byzantium et regiam revertitur.

Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ Χαγάνος ἐζήτει προσθήκας ταῖς συν- A.M.6084
θήκαις λαμβάνειν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τοὺς λόγους τοῦ βαρ-
βάρου οὐ παρεδέξατο. διὰ τοῦτο ὁ Χαγάνος ἦρατο πάλιν τὸν
πόλεμον, καὶ πολιορκεῖ τὴν Σιγγιδόνα, καὶ στρατοπεδεύει κατὰ
τὸ Σέρμιον. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης χειροτονεῖ
τὸν Πρίσκον. ὁ δὲ Πρίσκος τὸν Σαλβιανὸν ὑποστράτηγον ποιή-
σας προτρέχειν ἐκέλευσεν. καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων χωρήσαν- P. 227
τες συγκροτοῦσι πόλεμον καὶ νικῶσιν Ῥωμαῖοι. ὁ δὲ Χαγά-
νος τοῦτο ἀκηκοώς, ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις, ἐχώρει πρὸς πό-
λεμον. ὁ δὲ Σαλβιανὸς ἰδὼν τὰ πλήθη καὶ καταπλαγείς,
πρὸς Πρίσκον ἀφικνεῖται. γνοὺς δὲ ὁ Χαγάνος τὴν τῶν
Ῥωμαίων ὑποχώρησιν, εἰς Ἀγχίαλον ἐξέρχεται ἤτοι εἰς τὸν
ἅγιον Ἀλέξανδρον· καὶ τοῦτον τῷ παμφάγῳ πυρὶ παραδέδω-
κεν· μεταβὰς δὲ εἰς τὰ Δριζίπερα ἐπιχειρεῖ ἐκπορθῆσαι τὸ
πόλισμα, πολιορκητικὰ ἐξεργασάμενος ὄργανα. οἱ δὲ τὰ Δρι-
ζίπερα οἰκοῦντες ἐπὶ πλεῖστόν [τε] παρέταξαν τὸ θράσος. τὰς B
γὰρ πύλας ἀναπετάσαντες, ἠπείλουν τοῖς βαρβάροις πολεμεῖν,
ἐν δειλίᾳ ἕξαισίῳ ὄντες. τότε δὴ τότε θεῖαί τινες αὐτοῖς
ἐπέστησαν δυνάμεις. μεσούσης γὰρ ἡμέρας ὁρᾷν ἔδοξαν οἱ

1. ταῖς συνθήκαις om. A. 3. παρεδέξατο A, κατεδ. vulg. 8. καὶ νικῶσιν — — — — πρὸς πόλ. om. A. 9. πολεμικὰ A. 16. παρέταξαν τὸ θρ. A, παρετάξαντο θράσος vulg. 18. ἐν δειλίᾳ ἕξαισίῳ ὄντες A e f, ἐν διαλέξεσιν ὄντες vulg. θεῖαί τινες αὐτοῖς ἐπέστησαν δυνάμεις A f, θεία τις αὐτοῖς ἐπέστη δύναμις vulg.

Hoc anno Chaganus ad pactam sibi pecuniarum summam augmen- A. C. 584
um dari postulabat. imperator vero barbari sermones respuit. quare
bellum renovare Chaganus constituit; mox Singidonem obtinet, et ad
Sirmium castra metatur. imperator autem Priscum Europae ducem
constituit. Priscus Salvianum sub se legatum elegit, et praecurrere
ante exercitum iubet. in barbaros itaque irruptione facta, acrique
conserto praelio, penes Romanos stetit victoria: cladis accepto nun-
cio, alium exercitum instruit Chaganus, et ad pugnam egreditur. Sal-
vianus armatorum ingenti multitudine conspecta, deterretur, et ad
Priscum revertitur. recessu Romanorum cognito, versus Anchialum
Chaganus procedit, sanctum Alexandrum intellige: et vasto incendio
locum omnem depopulatur. inde Drizepera divertit, et obsidionali-
bus machinis comparatis oppidum expugnare molitur. Drizeperorum
incolae pectus audacissime opposuere: reseratis enim portis, cum
barbaris se fortiter congressuros, extrema necessitate oppressi minaban-
tur. tunc sane, tunc temporis divina illis affuit virtus. manifesta quippe
meridiei luce Romanorum copias urbe egredientes cernere barbari

βάρβαροι Ῥωμαίων δυνάμεις ἐπεξιούσας τοῦ ἄστεως, καὶ μέλλειν συμπλέκεσθαι, καὶ καταπλαγέντες συντόνῳ φυγῇ ἀπο-
V. 181 διδράσκουσιν, καὶ ἐπὶ τὴν Πείρινθον γίνονται. ὁ δὲ Πρίσκος μηδὲ θεωρεῖν φέρων τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων, εἰς τὸ Τζουρουλον εἰσελθὼν φρούριον ἠσφαλίζετο. ὁ δὲ βάρβαρος τὸν Πρίσκον πολιορκεῖν ἐνεχείρει. ταῦτα δὲ ἀκηκοὼς Μαυρίκιος,
C διηπόρει τί δράσοι, εὐβουλίᾳ δὲ καταστρατηγεῖ τῆς ἀπείρου δυνάμεως· καὶ ἕνα τῶν ἐξκουβιτόρων μεγάλαις δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσι πείθει ἑκοντὶ περιπεσεῖν τοῖς βαρβάροις· καὶ δίδωσιν αὐτῷ πρὸς Πρίσκον γράμματα περιέχοντα τάδε· τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ Πρίσκῳ. τὴν ἀλιτηρίαν τῶν βαρβάρων ἐγχείρησιν μὴ δειλιάσῃς· πρὸς γὰρ ἀπώλειαν αὐτῶν τοῦτο γέγονεν. γίνωσκε γὰρ ὅτι μετὰ πολλῆς αἰσχύνης ἔχει ὁ Χαγάνος ὑποστρέψαι εἰς τὴν ἀφιερωθεῖσαν αὐτῷ ὑπὸ Ῥωμαίων χώραν. διὰ τοῦτο καρτερήσῃ ἡ σοῦ ἐνδοξότης ἐν Τζουρούλῳ περιρέμ-
D βων αὐτόν. πέμπομεν γὰρ διὰ θαλάσσης πλοῖα, καὶ αἰχμαλωτίζομεν τὰς φαμελίας αὐτῶν. καὶ ἀναγκάζεται μετὰ αἰσχύνης καὶ ζημίας εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι. ὁ δὲ Χαγάνος κρατήσας τὰ γράμματα καὶ ἀναγνούς, γίνεται περιδεής. καὶ

3. ἕως τὴν Π. e f. 4. μηδὲ] μὴ A f. φέρων] θέλων a. Τζουρουλλὸν A. 7. εὐβουλίᾳ A sec. man. quemadmodum coni. Goar. ἀβουλία vulg. 15. καρτερήσῃ A, καρτερεῖ f, καρτερήσει vulg. 16. αὐτὸν] αὐτοὺς A b. 17. τὰς φαμελίας αὐτῶν A a f, αὐτοὺς vulg.

sibi visi sunt, et ineundum armorum minitantes congressum: ex quo conturbati, in praecipitem fugam se proiicientes, Perinthum se contulere. Priscus autem solius barbaricae aciei conspectum ferre non sustinens, in Tzurulum castrum ingressus diligenti custodia vitam tutabatur: exinde ad obsidendum Priscum animus barbaro principi factus. quod cum ad Mauricium perlatum, quid ageret, dubius haesit. bono tandem consilio adversus innumeram barbarorum multitudinem armatur, et prudentia oppugnat. de excubitorum igitur numero unum ad castra profectum in barbarorum potestatem sponte prolabi donis ingentibus et pollicitis amplioribus suadet: ac una simul ad Priscum litteras ei committit in haec verba. gloriosissimo duci Prisco. nefarium barbarorum conatum ne reformides: qui quidem exitio ipsis erit. Chaganum cum magno dedecore in assignatam sibi a Romanis provinciam redire certo scias. quare gloria tua Tzuruli perduret, et Chaganum circumvertet, et pro libito circumagitabit. copiosam classem mari transmittimus, captivitatemque hosti paramus: qui alioqui cum dedecore et damno domum reversurus est. Chaganus interceptis litteris scripta legit, et una metu consternitur: pactisque cum

συνθήκας πρὸς τον Πρίσκον διαθέμενος, καὶ εἰρηνεύσας ἐπὶ δώροις ὀλίγοις καὶ ἀναξιολόγοις εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανέζευξεν γῆν μετὰ φυγῆς κραταιᾶς.

Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου Ἄμω ἔτος α'. A.M. 6085

Τούτῳ τῷ ἔτει ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος τὸν Πρίσκον P. 228
σὺν πάσαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσιν ἐπὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεμψεν, ὥστε τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη διαπερᾶσαι κωλύσῃ. τούτου δὲ ἐλθόντος ἐπὶ τὸν Δορόστολον, ὁ Χαγάνος μαθὼν πρέσβεις ἐξέπεμψεν πρὸς αὐτόν· καὶ κατηγιᾶτο Ῥωμαίους B
ἔναρξιν τῷ πολέμῳ διδόντας. ὁ δὲ Πρίσκος ἀπελογεῖτο· ὅτι οὐ πρὸς βαρβάρους τὸν πόλεμον ποιῆσαι παραγέγονα· ἀλλὰ πρὸς τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀπεστάλην. ἀκηκοὼς δὲ ὁ Πρίσκος ὅτι Ἀρδάγαστος τὰ πλήθη τῶν Σκλαβινῶν πρὸς τὸ πραιδεύειν διεσκόρπισεν, διαπεράσας τὸν Ἴστρον
μεσούσης νυκτὸς ἀδοκήτως τῷ Ἀρδαγάστῳ συνέμιξεν. ὁ δὲ Ἀρδάγαστος τοῦ κινδύνου αἰσθόμενος ἵππου τε γυμνοῦ ἐπιβάς, μόλις διασώζεται. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνελόντες πλήθη Σκλαβινῶν, καὶ τὴν περὶ τὸν Ἀρδάγαστον [διατεμόντες χώραν, αἰχμαλωσίας τε κρατήσαντες πολλὰς εἰς τὸ Βυζάντιον C
ἔπεμπεν διὰ Τατήμερος. ὁ δὲ Τατήμερ ἐκλύτως τὴν πορείαν

3. γῆν add. ex A. 10. ὅτι οὐ πρὸς — — — — ὁ Πρίσκος om. A f. 15. μεσ. δὲ τῆς νυκτὸς A. 19. πολλούς A. 20. Τατήμερος] Τήμερος A. Τατήμερ] Τάτητος A f, Τάτητως b.

Prisco conditionibus, levium et nullius pretii munerum accessione contentus, composuit pacem, et maxima, qua potuit, fuga se surripuit.

Hierosolymorum episcopi Amo annus primus. A.C. 585

Hoc anno imperator Mauricius Priscum Romanorum cum copiis omnibus ad Istrum flumen ablegat, ut Sclavinorum gentes amnem traiicere molientes impediret. cum vero Dorostolum venisset, Chaganus de eius adventu certior factus, legatos misit, qui Romanos bello initium atque occasionem dare questi sunt. respondit Priscus: bellum in barbaros moturus minime missus sum: solas Sclavinorum gentes a me coercendas iussit imperator. Priscus autem Sclavinorum populum ab Ardagasto duce sparsim per Romanam provinciam effusum cum rescisset: Istro traiecto, noctis sub medium ex improviso Ardagastum adoritur, et cum eo manus conserit. Ardagastus, cognito periculo, nudo equo insiliens vix salutem fuga consequitur. Romani multis Sclavinorum copiis caesis, atque universa Ardagasti regione devastata, captisque innumeris, multos ex eis Byzantium per Tatemerem transmisere. Tatemer iter agens incautus et resolutus, vino insuper et voluptatibus per vias indulgens, tertia die in irruentium Sclavino-

ποιούμενος, καὶ εἰς μέθην καὶ τρυφὴν ἐπιδιδοὺς ἠμέλει. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ πλήθη Σκλαβινῶν ἐπιτίθενται αὐτῷ· καὶ δειλίᾳ συσχεθείς, φεύγων εἰς τὸ Βυζάντιον ἦκεν. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ Ῥωμαῖοι ἐγκρατῶς τοῖς Σκλαβινοῖς μαχησάμενοι, κρατοῦσι τῶν βαρβάρων παραδόξως, καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον τὴν
V. 182 αἰχμαλωσίαν τῷ βασιλεῖ ἀποσώζουσιν· ὁ δὲ αὐτοκράτωρ εὐφρανθείς, εὐχαριστηρίους ὕμνους μετὰ πάσης τῆς πόλεως τῷ θεῷ προσέφερεν. ὁ δὲ Πρίσκος θαρρήσας, εἰς τὰ ἐσώτερα μέρη τῶν Σκλαβινῶν ἐχώρει. Γήπαις δὲ ἀνὴρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχων αὐτομολεῖ πρὸς Ῥωμαίους,
D καὶ τὴν εἴσοδον τοῖς Ῥωμαίοις ὑπέδειξεν, καὶ τῶν βαρβάρων ἐκράτησαν· ἔφησε δὲ καὶ Μουσούκιον τὸν ῥῆγα τῶν βαρβάρων ἀπὸ τριάκοντα σημείων διάγειν. προδοσίᾳ δὲ τοῦ Γήπαιδος διαβὰς τὸν ποταμὸν ὁ Πρίσκος, μεσούσης τῆς νυκτὸς εὑρίσκει τὸν Μουσούκιον διεφθαρμένον τῇ μέθῃ. ἐπιτάφιον γὰρ ἑορτὴν τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ ἐώρταζεν· καὶ τοῦτον συλλαβόμενος ζῶντα, φόνον πολὺν ἐν τοῖς βαρβάροις εἰργάσατο. πολλῆς δὲ αἰχμαλωσίας κρατήσαντες, μέθῃ καὶ τρυφῇ ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν. συναθροισθέντες δὲ οἱ βάρβαροι τοῖς νενικηκόσιν ἐφί-
P. 229 στανται· καὶ ἦν ἂν ἡ ἀντίδρασις χαλεπωτέρα τῆς προϋπαρ-

1. ἐπιδιδοὺς A, ἐπιδοὺς vulg. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμ. A, ἐν τῇ τρίτῃ δὲ ἡμ. vulg. 4. τοῖς add. ex A. 6. τῷ βασιλεῖ om. A. 7. εὐχαριστηρίους A, εὐχαριστίους vulg. 12. Μουσούκιον A a, Μονσούγιον e, Μουσούγιον vulg. 13. διάγειν] ὑπάρχειν f. 16. ἐώρταζεν A, ἑόρταζεν vulg. 20. ἀντίδοσις A f.

rum manus incidit: tum metu correptus, fuga Byzantium attingit. at Romani reliqui viae comites Sclavinorum impetum fortiter sustinentes, praeter spem omnem barbaros superant, et universam praedam captivorumque turmas incolumes ad imperatorem Byzantium detulere. his imperator laetatus, beneficium divinum laudibus et hymnis compensat, et cum totius urbis populo grates deo litat. porro Priscus successu audentior redditus, interiores Sclavinorum partes penetrat. tum vero Gepes vir Christianorum religioni addictus, in Romanorum partes transiens, ingressum Romanis indicat: qui nullo labore barbororum regionem obtinent. Musugium autem barbarorum regem ad trigesimum lapidem morari referebat. Priscus itaque Gepedis proditione usus profunda iam nocte Musugium vino plane obrutum comperit; funebrem etenim solemnitatem proprie fratri sacraverat. eo igitur vivo comprehenso, horrendam omnino barbarorum stragem edidit. hinc ubere praeda potiti Romani in crapulas et voluptates resolvuntur. quare barbari in unum agmen denuo collecti impetum in victores faciunt: malorum autem illatorum ultio praeclaro facinore

ξάσης ἀνδραγαθίας, εἰ μὴ ὁ Γένζων μετὰ τῆς πεζικῆς δυνάμεως τῶν Ῥωμαίων ἐπιστάς, μάχῃ κραταιᾷ διεκώλυσε τὰς ὁρμὰς τῶν βαρβάρων. ὁ δὲ Πρίσκος τοὺς τὴν φρουρὰν αὐτῷ πεπιστευμένους ἀνεσκολόπισεν.

Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Παῦλος ὁ τοῦ βασιλέως πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει καὶ ἐτάφη ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνήμασιν· ὁμοίως καὶ Ἀναστασία ἡ αὐτοῦ αὐγοῦστα ἡ πενθερὰ τοῦ Μαυρικίου, γυνὴ δὲ Τιβερίου τοῦ βασιλέως· καὶ αὐτὴ ἐτάφη μετὰ Τιβερίου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. B

Τούτῳ τῷ ἔτει τοῦ Πρίσκου πάλιν τὸν Ἴστρον καταλαβόντος, καὶ τὰ Σκλαβινῶν ἔθνη πραιδεύσαντος, καὶ πολλὴν αἰχμαλωσίαν τῷ βασιλεῖ ἀναπέμψαντος, ὁ βασιλεὺς τὸν Τατίμερα ἀποστείλας πρὸς Πρίσκον, παρακελεύεται αὐτόθι τὸν χειμῶνα διατρῖψαι τοὺς Ῥωμαίους καιρόν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοῦτο μαθόντες ἀντέλεγον, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦτο γενέσθαι διά τε τὰ πλήθη τῶν βαρβάρων, καὶ τὸ πολεμίαν ὑπεῖναι τὴν C χώραν, καὶ τὰ ψύχη ἀφόρητα. ὁ δὲ Πρίσκος λόγοις πιθανοῖς ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκεῖ χειμάσαι, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν πληρῶσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος ταῦτα ἀκηκοὼς A.M. 6086

2. διεκώλυσε A, διέλυσε vulg. 3. αὐτῶν A. 7. αὐτοῦ add. ex A. 11. ἔθνη om. f. 12. Τατήμερον f. 15. μεμαθηκότες A. 16. καὶ τὸ πολεμίαν ὑπεῖναι A, καὶ τῶν πολεμίων ὑπ. vulg. 17. καὶ τὰ ψύχη om. A a f. πειθανοῖς vulg. 18. ἔπεισεν A, ἔπειθεν vulg.

prius edito acerbior extitisset, nisi Genzon cum toto peditatus robore certamen iniens acerrimum barbarorum vires fregisset. porro Priscus cunctos quibus sui corporis custodiam demandaverat, in patibulum egit.

Eodem anno Paulus imperatoris pater morte Cpoli perfunctus, inter imperatores parem eis sepulturam et tumulum obtinuit: similiter et Anastasia augusta socrus Mauricii, Tiberii vero imperatoris coniux, iuxta virum suum Tiberium sepulchri locum consequuta est.

Hoc anno cum Priscus iterum Danubium occupasset, et Sclavino- A. C. 586
rum ditionem depopulatus, magnam inde praedam, et captivorum numerum ad imperatorem summisisset: imperator Tatemere ad Priscum misso Romanum exercitum iis in locis hibernare iubet. placito imperatoris accepto, moram deprecabantur Romani, ac quum propter barbarorum sibi oppositum exercitum, tum hostilis et infestae regionis periculum, et intoleranda frigora, id nusquam fieri posse in adversum obiiciebant. Priscus suavibus verbis militem demulcet, et imperatoris iusso obsequentem, hibernam ibidem stationem habere suadet. Mauricius his auditis Philippicum generum orientis ducem, quemque

Φιλιππικὸν τὸν ἴδιον γαμβρὸν τὸν τῆς ἀνατολῆς στρατηγὸν ἐποίησε κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων θαρρῶν αὐτῷ, ὡς τὴν αὐτοῦ ἀδελφὴν αὐτῷ ἔζευξεν. ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἤρξατο κτίζειν ἐν Χρυσοπόλει τὴν μονὴν τῆς παναγίας ἡμῶν δεσποίνης θεοτόκου καὶ παλάτιον ἐν αὐτῇ ὀφεῖλον ὑποδέχεσθαι Μαυρίκιον τὸν βασιλέα, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ποιήσας ἰχθυοτροφεῖα καὶ
D *παραδείσια ἔνδοθεν [ἔσω] εἰς τὴν θεραπείαν αὐτοῦ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὴν οἰκίαν τὴν ἐπιλεγομένην τὰ Φιλιππικοῦ.*

A.M. 6087 *Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Κυριακοῦ, Ἀντιοχείας Ἀνασταsίου ἔτος α'.*

V. 183 *Τούτῳ τῷ ἔτει εἰς τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια τίκτονται τέρατα, παιδίον τετράπουν, καὶ ἄλλο δικόρυφον. λέγουσι δὲ οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιμελῶς ἐγγράφοντες μὴ σημαίνειν ἀγαθὰ*
P. 230 *ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἂν τεχθῶσι τὰ τοιαῦτα. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Πρίσκον τῆς στρατηγίας ἀποπαύει· Πέτρον δὲ τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν στρατηγὸν τῆς δυνάμεως ποιεῖται Ῥωμαίων. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τὰς δυνάμεις ἀράμενος πρὶν ἢ τὸν Πέτρον φθάσαι διεπέρα τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Χαγάνος τὴν μετάβασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ λαοῦ ἀκηκοώς, λίαν ἐθαύμασεν, καὶ πρὸς τὸν Πρίσκον ἀπέστειλεν, μαθεῖν τὴν αἰτίαν ἐπιζητῶν, καὶ μοῖραν*

3. *αὐτῷ ἔζευξεν* A, *ζεύξας αὐτῷ* vulg. 7. *ἔνδοθεν ἔσωθεν* A f, sed alterutrum delendum videtur. 13. *δύο κορυφῶν* A f. 15. *ἂν* add. ex A. 16. *τὸν Πρ. τῆς στρατ.* A, *τῆς στρατ. τὸν Πρ.* vulg. 19. *διαπερᾷ* A.

ob ei iunctam in matrimonium sororem fidissimum habebat, excubitorum comitem creavit. porro Philippicus sanctissimae dominae nostrae monasterium et ad illud palatium quo Mauricius imperator cum liberis aliquando foret excipiendus Chrysopoli coepit aedificare: piscinas etiam et hortos ad eius usum deliciasve intus paravit: Cpoli autem Philippici domum ab eo nuncupatam extruxit.

A. C. 587 Cpoleos episcopi Cyriaci, Antiochiae Anastasii annus primus.

Hoc anno monstra in suburbanis Byzantii locis nata sunt: puer nimirum quadrupes, et alius biceps. accurati porro historiarum scriptores urbibus, in quibus illa prodierint, nil boni faustique portendere asseverant. imperator autem Prisco a summa exercituum praefectura remoto, Petrum proprium fratrem Romanarum copiarum ducem instituit. de sua exautoratione Priscus certior factus, eductis secum ante Petri adventum omnibus copiis, amnem traiicit. ut Romanas acies ulteriorem ripam suo transitu obtinuisse Chaganus intellexit, id satis miratus, misit ad Priscum causam nimirum percunctatu-

λαβεῖν τῆς παιδὸς· καὶ οὕτως τὸν ποταμὸν διανήξασθαι. λίαν γὰρ ἐχαλέπαινεν ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασι τῶν Ῥωμαίων. πέμπει τοίνυν ὁ Πρίσκος περὶ τούτων πρὸς τὸν Χαγάνον πρεσβείαν Θεόδωρον τὸν ἰατρόν, ἀγχινοίᾳ καὶ συνέσει κεκοσμη- B
μένον. οὗτος ἑωρακὼς τὸν Χαγάνον μέγα φρονοῦντα, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀλαζονικώτερον ποιούμενον (ἠπείλει γὰρ πάντων τῶν ἐθνῶν αὐτὸν εἶναι κύριον) διηγήματι παλαιῷ τὸν βαρβαρικὸν κατεπράϋνε τύφον· ἔφασκεν γάρ· ἄκουσον, Χαγάνε, ἐπωφελοῦς διηγήματος. Σέσωστρις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς περιφανής τε καὶ λίαν εὐδαίμων, τῷ πλούτῳ λαμπρὸς καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἀκαταμάχητος, πλεῖστα καὶ μεγάλα ἐδουλώσατο ἔθνη· ἐντεῦθεν εἰς ἀλαζονείαν περιπεσών, χρυσοκόλλητον ὄχημα ἐκ λίθων τιμίων κατασκευάσας, ἐπικάθηται τούτῳ, καὶ ὑποβάλλει τῷ ζυγῷ τῶν ἡττηθέντων βασιλέων τέσσα- C
ρας ἕλκειν τὸ ὄχημα. τούτου δὲ γενομένου, ἐν ἐπισήμῳ ἑστῶτι εἷς τῶν τεσσάρων βασιλέων συχνῶς τὸ ὄμμα ἐπέστρεφεν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὸν τροχὸν ἑώρα κυλιόμενον· τῷ Σέσωστρι δὲ ἐπερωτῶντι, διὰ τί ὄπισθεν ἐπιστηρίζει τὰ ὄμματα; τοῦτον εἰπεῖν τὸν τροχὸν θαυμάζω ἀστατοῦντα, καὶ ἄλλοτε ἄλλως κινούμενον· καὶ ποτὲ μὲν τὰ ὑψηλὰ ταπεινοῦντα, αὖθις δὲ τὰ τα-

3. πρὸς τὸν Χαγάνον A, Χαγάνῳ vulg. 6. ποιούμενον A, ποιούμενος vulg. 9. ὁ τῶν add. ex A. 10. λίαν add. ex A. 16. εἰς τὰ ὀπίσω A, εἰς τοὐπίσω vulg. 17. τὸν δὲ Σέσωστριν ἐπερωτῶντα A f.

rus, ac simul praedae partem consequi apud se consiliatus: atque ita demum amnem ipse transveheretur. quam moleste enim ferebat prosperum quippiam Romanis succedere. ad Chaganum itaque legationem de his Priscus instruit, Theodorum videlicet medicum, virum animi solertia et prudentia insignem. qui cum tumidos Chagani spiritus, eiusque responsa arrogantius data (cunctarum quippe nationum sese praedicabat dominum) animo percepisset: barbaricam hominis insolentiam antiqua narratione demulcebat. ad eum itaque conversus: audi, inquit, Chagane, narrationem tibi profuturam. Sesostris, Aegyptiorum rex illustris, atque oppido felix, divitiis alioqui clarus, et armorum robore prorsus invictus, innumeras atque potentissimas nationes subegit: eoque in superbiam omnino dementem prolapsus currum auro lapidibusque pretiosis compactum paravit, cui insidens, ex devictis regibus quatuor, qui currum equorum more traherent, ad iugum alligavit. interim dum ea pompa elatus triumphat, e regibus quatuor alter conversis retro frequenter luminibus rotam sese circumvolventem attentius contemplabatur. Sesostri vero sciscitanti, cur retro figeret oculum, respondit ille: rotae inconstantiam demiror in

πεινὰ ἀνυψοῦντα. τὸν δὲ Σέσωστριν συνετῶς τὴν παραβολὴν τῇ ἀκοῇ ἐπισκέψαντα νομοθετῆσαι, τὸ μηκέτι βασιλεῖς ἕλκειν τὸ ὄχημα. ὁ δὲ Χαγάνος ταῦτα ἀκηκοὼς καὶ ὑπογελάσας, ἔφησεν τὴν εἰρήνην ἄγειν, τῇ δὲ προαιρέσει Πρίσκου, εἴ τι ἂν θέλῃ τῶν λαφύρων τὸν Χαγάνον τιμῆσαι. ὁ δὲ Πρίσκος
D τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπέδωκε τῷ Χαγάνῳ ὑπὲρ τῆς διαβάσεως. τὰ δὲ λάφυρα πάντα λαβὼν ἀκινδύνως τὸν ποταμὸν διεπέρασεν. ὁ δὲ Χαγάνος ταῦτα δεξάμενος ἥσθη μεγάλως· καὶ ὁ Πρίσκος εἰς Βυζάντιον ἦκεν. ὁ δὲ Πέτρος τὴν στρατηγίαν παρέλαβεν.

A.M.6088 P.231 Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ στρατηγῷ, ὥστε τὴν τρίτην μοῖραν τῆς ῥόγας διὰ χρυσοῦ τοὺς Ῥωμαίους λαβεῖν· καὶ τὴν τρίτην διὰ ὅπλων· τὴν δὲ ἑτέραν τρίτην δι' ἐσθῆτος παντοίας. οἱ τοίνυν Ῥωμαῖοι τοῦτο ἀκηκοότες πρὸς τυραννίδα ἐτρέποντο. ὁ δὲ στρατηγὸς φοβηθεὶς τοῖς στρατοπέδοις ἀπελογεῖτο, ὡς οὐκ ἀληθὲς τοῦτό ἐστι. καὶ ἐπεδείκνυε τῷ στρατῷ ἕτερα γράμματα παρακελευόμενα αὐτῷ, ὥστε τοὺς ἀριστεύσαντας καὶ ἐκ τῶν κινδύνων διασωθέντας V. 184 ἐν ταῖς πόλεσιν ἀναπαύεσθαι, καὶ γηροτροφεῖσθαι ἐκ τῶν δη-

1. συνετῶς τὴν ἀκοὴν ἐπισκ., omisso τὴν παραβολὴν, A f. 2. τοῦ μηκέτι A. 14. οἱ add. ex A. 18. διασωθέντας A e, σωθέντας vulg. 19. εὐτροφεῖσθαι e.

diversas partes se convolventis, et qua partem superiorem inclinantis, qua vero inferiorem erigentis et excelsius elevantis. porro Sesostris cum similitudinem hanc, qua pollebat animi sagacitate, percepisset, lege sancita edixit, ne ulli deinceps reges currum apud Aegyptios traherent. subrisit Chaganus his auditis, et pacis foedera servaturum se promisit: in potestate vero Prisci stare, qua parte spoliorum vellet, se donatum relinqueret. in transitus itaque concessi mercedem, captivos omnes Priscus Chagano restituit, ipse retentis sibi spoliis amnem iterum sine periculo traiecit. Chaganus his acceptis mirum in modum laetatus est: Prisco vero Byzantium reverso, Petrus in exercitus ducendi munus successit.

A.C.588 Hoc anno Petro duci suis mandatis significavit imperator, ut stipendiorum tertiam partem nummis aureis persolvendam Romani milites acciperent: partem aliam armis sibi concessis: ultimam denique data ad vestes quaslibet materia sibi repensam profiterentur. quod ubi resciverunt, ad rebellionem se converterunt. deterritus dux factum apud milites excusavit, nequaquam id verum esse asseverans: quin etiam alias litteras ostendit, quibus iubebat imperator, ut milites qui in bello fortiter se gesserant, et e gravibus periculis incolumes evaserant, in urbibus data vacatione agerent, et publicis sumpti-

μοσίων· τοὺς δὲ παῖδας τῶν στρατιωτῶν εἰς τοὺς τόπους τῶν οἰκείων γονέων ἐγγράφευθαι· καὶ ταύτῃ τῇ πιθανότητι B
τὸν λαὸν κατεπραΰνεν, καὶ τὸν καίσαρα ἀνευφήμησαν. ταῦτα δὲ ὁ Πέτρος τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσεν. ἐλθὼν δὲ ἐπὶ Μαρ-
5 κιανούπολιν ἀποστέλλει χιλίους προτρέχειν. οὗτοι περιτυχόντες Σκλαβινοῖς ἐπιφερομένοις Ῥωμαϊκὴν λεηλασίαν πολλήν, τούτους τρέπονται· οἱ δὲ βάρβαροι τὴν αἰχμαλωσίαν ἀποσφάξαντες, καὶ αἰχμαλωσίας πολλῆς κρατήσαντες, ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑπέστρεψαν.

10 Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἡλιακὸν τῆς Μαγναύρας τὸ στρογγύλον· καὶ ἔστησεν ἐν τῷ μεσαύλῳ τὴν C
ἰδίαν στήλην, καὶ ἀπέθετο ἐκεῖ τὸ ἁρμαμέντον.

Τούτῳ τῷ ἔτει Πέτρου τοῦ στρατηγοῦ κυνηγοῦντος, καὶ A.M. 6089
ὗός ἀγρίου αὐτῷ συναντήσαντος, τὸν πόδα τούτου ἐν δένδρῳ
15 ἐξέθλιψεν, καὶ ἀφορήτοις ὀδύναις χρόνῳ πολλῷ ἐνοσιλεύετο. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ γράμμασιν αἰσχίστοις καὶ ὀνειδισμοῖς ἀφορήτοις αὐτὸν περιέβαλεν, ἀκούσας Σκλαβινὰ ἔθνη κατὰ τοῦ Βυζαντίου κινεῖσθαι. ὁ δὲ Πέτρος βιασάμενος εἰς Νόβας παρεγένετο. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἐπίσημοι στρατιῶται ἅμα τῷ

2. οἰκείων add. ex A. πειθανότητι vulg. 3. κατεπραΰνεν A, καταπραΰνας vulg. εὐφήμησαν A. 4. τῷ βασ. A, καὶ τῷ βασ. vulg. 7. τρέπονται A b, τρέπουσιν vulg. 10. τὸ Ἡλ. A, τὸν Ἡλ. vulg. 11. τὸ στρογγύλον add. ex A a f. 15. ἀφορήτοις A, ἀφορήτας vulg. 17. περιέβαλεν A, περιέβαλλεν vulg. ἀκούων A. 18. Νομᾶς e f.

bus inter caeteros senes alerentur: amplius ut militum liberi in proprium parentum locum ascriberentur. eiusmodi verborum lenocinio exercitum ita demulsit, ut caesarem universi faustis acclamationibus prosequuti sint: de quibus omnibus Petrus imperatorem certiorem fecit. Marcianopolim vero accedens, milites mille, qui praecurrerent, misit. isti vero in Sclavinos, qui magnam e Romanorum finibus praedam avexerant, incidentes, in fugam barbaros vertere. at barbari captivis interfectis, caeteram praedam, quae maxima fuit, secum abducentes, in Romanorum fines regressi sunt.

Eodem anno solarium Magnaurae rotundum condidit imperator, suamque statuam ad medium atrium erexit, ibidemque posuit armamentum.

Hoc anno cum Petrus dux venatum prodiisset, agrestis sus ob- A. C. 589
viam factus pedem eius ad arborem contrivit: ex quo doloribus plane intolerandis diu cruciatus est. imperator autem litteris inclementioribus, probrosis, conviciisque gravissimis eum perstrinxit, cum Sclavinos Byzantium versus adventare rescivisset. his Petrus commotus ac vere coactus Novas se contulit. cum vero urbis primates ac milites

D ἐπισκόπῳ τῷ στρατηγῷ ὑπήντων· οὓς ἰδὼν ὁ στρατηγὸς καὶ θαυμάσας τὴν ἐξόπλισιν καὶ ἀνδρείαν αὐτῶν, κελεύει καταλιπόντας τὸ ἄστυ τῇ Ῥωμαϊκῇ πληθύϊ συναναμίγνυσθαι· οἱ δὲ στρατιῶται ἐπὶ φρουρᾷ τῆς πόλεως συντεταγμένοι, οὐκ ἐπείθοντο τοῦτο ποιῆσαι. θυμωθεὶς δὲ ὁ στρατηγός, ἀπέστειλεν Γένζωνα μετὰ πλήθους στρατιωτῶν. οἱ δὲ μαθόντες ἔφυγον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς θύρας τοῦ ναοῦ κλείσαντες, ἐκάθηντο ἔνδον. ὁ δὲ Γένζων τῇ αἰδοῖ τοῦ ναοῦ, ἄπρακτος διέμεινεν· Πέτρος δὲ ὀργισθείς, ἀποχειροτονεῖ τὸν Γένζωνα τῆς στρατηγίας, καὶ ἐκπέμπει Σκρίβωνα ἠτιμωμένως τὸν ἐπίσκοπον πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν. οἱ δὲ τῆς πόλεως πανοικεὶ συναχθέντες, ἀτίμως τὸν Σκρίβωνα τῆς πόλεως ἀπελαύνουσιν· καὶ τὰς πύ-
P. 232 λας τῆς πόλεως κλείσαντες, τὸν μὲν Μαυρίκιον βασιλέα εὐφήμουν, τὸν δὲ στρατηγὸν ὕβρεσι περιέβαλλον· καὶ οὕτως ἀτίμως ὁ Πέτρος ἐκεῖθεν ἀνεχώρησεν. προπέμπει δὲ χιλίους ἐπὶ κατασκοπῇ· οἱ δὲ περιτυγχάνουσι Βουλγάροις χιλίοις τὸν ἀριθμόν. οἱ δὲ Βούλγαροι θαρροῦντες τῇ εἰρήνῃ τοῦ Χαγάνου, ἀμερίμνως ἐβάδιζον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς Βουλγάρους τὰς ὁρμὰς ἐποιοῦντο. οἱ δὲ Βούλγαροι ἀποστέλλουσιν ἄνδρας ἑπτά, παραινοῦντες μὴ παραλῦσαι τὴν εἰρήνην. τοῦτο

2. καταλειποῦντας vulg., καταλιπόντα A. 7. ἐκάθηντο ἔνδον om. A f. 8. αἰδοῖ A, αἰδῷ vulg. 11. πανοικεὶ A, πανοικὶ vulg. συνηγμένοι b. 15. ἐκεῖθεν add. ex A. 17. τῇ add. ex A. 19. ταῖς τομὰς e. Βούλγαροι A alii codd., Βουλγάρεις vulg. 20. ἄνδρας om. A.

una cum episcopo ei obviam progressi essent, speciosum militum ornatum ac fortitudinem miratus dux, ut, urbe relicta, se Romano exercitui adiungerent, mandavit. at milites qui ad urbis custodiam deputati fuerant, id exequi detrectaverunt: ex quo dux iratus, Genzonem cum armata militum manu ad eos misit: qui ea de re certiores facti, ad ecclesiam confugientes, clausis templi portis intus se continuere. Genzon templi sanctitatem veritus, re intentata substitit. Petrus inde exasperatus, Genzonem munere abdicavit, et Scribonem misit, qui episcopum ignominiose ad se traduceret. at cives vicatim et cum totis familiis congregati, Scribonem turpiter urbe expellunt; occlusisque urbis portis Mauricium quidem imperatorem faustis vocibus prosequuti, ducem probris palam proscidere: atque ita demum Petrus turpiter inde recessit. cum vero mille homines speculatum praemisisset, hi in Bulgarorum turmam numeri eiusdem incidere. at Bulgari, paci, quae cum Chagano intercedebat, confisi, securi citra ullam suspicionem progrediebantur. cum autem Romani eos adoriren-

ἀκούσαντες οἱ προτρέχοντες, μηνύουσιν τῷ στρατηγῷ ταῦτα. ὁ δὲ στρατηγὸς ἔφη· οὐδὲ εἰ ὁ αὐτοκράτωρ παρέλθοι, τούτων B φείσομαι. συμβολῆς δὲ γενομένης, τρέπονται οἱ Ῥωμαῖοι. οἱ δὲ βάρβαροι οὐκ ἐδίωξαν αὐτούς, ἵνα μὴ νικῶντες κινδύνῳ περιπέσωσιν. ὁ δὲ στρατηγὸς τὸν ταξίαρχον τῶν προτρεχόντων χαλεπῶς ἐμαστίγωσεν. τοῦτο μαθὼν ὁ Χαγάνος πρέσβεις πρὸς τὸν Πέτρον ἐξέπεμψεν, τὴν ἔναρξιν αἰτιώμενος, καὶ ὡς Ῥωμαῖοι ἄνευ δικαίας αἰτίας τὴν εἰρήνην διέλυσαν. ὁ δὲ Πέτρος ἀπατηλοῖς λόγοις χρησάμενος, μὴ εἰδέναι τὴν κίνησιν διϊσχυρίζετο, διπλασίονα δὲ διδόναι τὰ σκῦλα ἅπαντα· καὶ οὕτως ἐν μοίραις δύο οἱ βάρβαροι τὰ ἀπολωλότα σκῦλα ἀνα- V. 185 λαβόντες, στέργουσι τὴν εἰρήνην. ὁ δὲ Πέτρος κατὰ Πηρεγάστου τοῦ ἐξάρχου τῶν Σκλαβινῶν χωρεῖ. οἱ δὲ βάρβαροι C περὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τούτοις ὑπαντήσαντες, διεκώλυσαν τοῦ περᾶσαι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀπὸ τῶν πορθμίων τοξεύοντες, τούτους ἀπέστρεψαν· καὶ τραπέντων αὐτῶν, πλήττεται κατὰ τῆς λαγόνος ὁ Πηρέγαστος καὶ θνήσκει. περάσαντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι αἰχμαλωσίας πολλῆς ἐκράτησαν, καὶ εἰς τὰ ἴδια ἐπανέζευξαν. πλανηθέντων δὲ τῶν ὁδηγῶν καὶ ἀνύδροις τό-

1. τῷ στρατηγῷ A, τὸν στρατηγὸν vulg. 2. παρέλθῃ A. τούτων A, τούτοις vulg. 3. συμβ. δὲ πολέμου γενομ. A. 10. τὰ om. A. 14. τὴν ὄχθην A, τὴν ὄχθαν vulg. 17. τῆς add. ex A. 19. καὶ ἐν ἀν. A.

tur, Bulgari viros septem delegavere, qui Romanis pacem haud ita solvendam esse persuaderent. quae ubi praecursores audiverunt, duci confestim retulere. dux vero, neque si imperator ipse advenerit, inquit, eis parcam. consertaque pugna Romani in fugam vertuntur: nec tamen eos insequuti sunt barbari, ne victoriam ardentius amplexati, in insidias inciderent. dux porro praecursorum praefectum virgis acriter caedi imperavit. quod cum ad Chaganum renunciatum fuisset, legatos ad Petrum decrevit, qui hostilem hanc aggressionem incusantes, Romanos nulla iusta de causa pacem solvisse quererentur. sed Petrus hanc suorum incursionem se plane ignorasse blandis ac fraudulentis verbis adstruxit: duplicata se nihilominus ipsis spolia dare omnia: atque ita barbari spoliis, quae amiserunt, dupla forte receptis, pacem servavere. caeterum Petrus contra Peregastum Sclavinorum praefectum expeditionem suscepit. at barbari secundum fluminis ripam Romanis obviam facti, eos amnem traiicere prohibebant. Romani contra e vectoriis navibus tela mittentes, barbaros averterunt. dumque in fugam vertuntur, Peregastus ilio sauciatus, moritur. Romani ergo flumen transgressi, praeda maxima coacta in pro-

ποις περιπεσόντες, ἐκινδύνευε τὸ στρατόπεδον· βαδίσαντες δὲ διὰ τῆς νυκτός, περιτυγχάνουσιν τῷ Ἰλβακίᾳ ποταμῷ. λόχμης δὲ εἰς τὸ ἀντίπερα ὑπούσης τῷ ποταμῷ, οἱ βάρβαροι ἐν ταύτῃ κρυπτόμενοι, τοὺς ἀρυομένους τὸ ὕδωρ ἐτόξευον· μεγάλης
D τοίνυν ἐπηρείας τοῖς Ῥωμαίων γενομένης στρατεύμασιν, πρὸς φυγὴν ἐχώρησαν, καταπολεμηθέντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων. ὁ δὲ Μαυρίκιος ταῦτα ἀκηκοὼς τὸν Πέτρον τῆς στρατηγίας ἀπέπαυσεν, καὶ τὸν Πρίσκον πάλιν στρατηγὸν τῆς Θρᾴκης ἀπέστειλεν.

M. 6090 P. 233 Τούτῳ τῷ ἔτει Πρίσκος στρατηγὸς ἐξῆλθεν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, καὶ τὰς δυνάμεις ἠρίθμησεν, καὶ εὗρεν ὅτι πλῆθος πολὺ διεφθάρη ἐξ αὐτῶν. τούτους δὲ ἀναλαβὼν παραγίνεται εἰς τὸν Ἴστρον ποταμὸν εἰς Νόβας. ὁ δὲ Χαγάνος τοῦτο μαθὼν πρέσβεις ἐξέπεμψεν τὴν αἰτίαν πυνθανόμενος τῆς ἀφίξεως. ὁ δὲ Πρίσκος προεφασίσατο διὰ κυνηγέσια ἐληλυθέναι. ὁ δὲ Χαγάνος, οὐ δίκαιόν ἐστι, φησίν, ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ κυνηγεῖν· ὁ δὲ Πρίσκος ἴδιον ἔλεγεν εἶναι τὸν τόπον, καὶ τὴν ἐξ ἀνατολῆς ἀπόδρασιν τῷ Χαγάνῳ ὠνείδιζεν. ὁ δὲ βάρβαρος τῆς Σιγγιδόνος τὸ τεῖχος κατέλυσεν· καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων γῆν ἐχώρει. τοῦτο μαθὼν ὁ Πρίσκος παραγίνεται εἰς τὴν νῆ-

2. Ἰλβακίᾳ A a f, Ἰλβακίῳ vulg. 3. ὑπούσης A, ὑπιούσης vulg. 4. τοὺς ἀρυομένους A a f, τοῖς ἀρυομένοις vulg. 5. Ῥωμαίων A, Ῥωμαίοις vulg. 7. τῆς add. ex A. 12. ἀναλαβὼν A, παραλαβὼν vulg. 13. Νόβας A e f, νομὰς vulg., vid. supra p. 423, 18.

pria loca se recepere. sed ductores recta via aberrantes, et in arida inaquosaque loca deflectentes, exercitum in magnum coniecere periculum. iter porro noctu peragentes, diverterunt ad Ilbacium amnem. barbari vero in insidiis, quas trans flumen collocaverant, delitescentes, in Romanos, qui haustum venerant, tela iaculabantur. ex quo Romani cum magna clade afficerentur, a barbaris demum debellati versi sunt in fugam. Mauricius his auditis Petrum officio privavit, et Priscum iterum Thraciae ducem delegavit.

A. C. 590 Hoc anno dux Priscus in Thraciam profectus exercitum recensuit, et magnam militum manum ex eis periisse et desiderari comperit. iis eductis ad Istrum fluvium Novas se contulit. quibus cognitis Chaganus legatos profectionis causam sciscitaturos misit. Priscus venandi gratia se accessisse praetexere. ad quem Chaganus: nefas, ait, alieno in solo te venatum exercere. Priscus contra proprium asserere fundum, et Chaganum ex oriente transfugam affirmare et exprobrare. eapropter barbarus eversis Singidonis moenibus, in Romanam ditionem

σον τοῦ Ἴστρου, καὶ παραλαβὼν δρόμωνας, παραγίνεται πρὸς B
τὸν Χαγάνον εἰς Κωνσταντίολαν, θέλων αὐτῷ ὁμιλῆσαι. ἐλ-
θόντι δὲ τῷ Χαγάνῳ πρὸς τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ, ὁ Πρί-
σκος ἀπὸ τῆς νηὸς διελέγετο. ὁ δὲ Χαγάνος ἔφη πρὸς αὐ-
τόν· τί σοι, Πρίσκε, καὶ τῇ γῇ τῇ ἐμῇ; καὶ ταύτην βούλει
διὰ ψεύδους λαβεῖν ἐκ τῶν χειρῶν μου; κρινεῖ ὁ θεὸς ἀνὰ
μέσον ἐμοῦ καὶ Μαυρικίου τοῦ βασιλέως. ἐκζητήσει τὸ
αἷμα τοῦ στρατοῦ τῶν Ῥωμαίων, καὶ τοῦ στρατοῦ τοῦ
ἐμοῦ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. ὁ δὲ Πρίσκος ἔφη· οὐ μίαν
πόλιν ἐγχειρεῖς παρ' ἡμῶν λαβεῖν. ὁ δὲ Χαγάνος· ὄψει
μετ' ὀλίγον πεντήκοντα πόλεις Ῥωμαϊκὰς δουλουμένας βαρ-
βάροις. ὁ δὲ Πρίσκος διὰ τοῦ ποταμοῦ τὰς ναῦς τῇ Σιγγι-
δόνι παραστησάμενος, ταύτην ἐπόρθησεν, καὶ τοὺς Βουλγάρους C
ἐξ αὐτῆς ἐξεδίωξεν, καὶ τὸ τεῖχος κτίζειν ἀπῄρξατο. ὁ δὲ
Χαγάνος ἀγγέλους πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλεν, καὶ τοὺς ψευδω-
νύμους ἑαυτοῦ θεοὺς διεμαρτύρετο καταιτιώμενος τῶν γενο-
μένων τὸν Πρίσκον. χειμῶνος δὲ καταλαβόντος, ἑκάτεροι εἰς
τὰ ἴδια ἀνεχώρησαν. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Πέτρος ὁ ἀδελφὸς
Μαυρικίου ἔκτισεν τὴν ἐκκλησίαν τῆς ἁγίας θεοτόκου τῶν
Ἀραβίνδα κοσμήσας αὐτὴν ἐκ διαφόρων μαρμάρων· ὁμοίως

2. Κωνσταντίολα A. 5. καὶ ante τῇ γῇ add. ex A. 9. post ἔφη lacunae signa expunxi, sed mox ante ὄψει ex A addidi: ὁ δὲ Χαγάνος. 11. δουλουμένας a, δουλομ. vulg. 15. ἀγγέλους πρὸς αὐτὸν A, πρὸς αὐτὸν ἀγγ. vulg. 18. ὑπεχώρησαν A. 20. Ἀραβίνδα A alii, Ῥεοβίνδα vulg.

B νου τὸν Ἰουστινιανόν, ἀνέρχεται ὁ Φιλιππικὸς πρὸς τὸν ἔγκλειστον. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· μὴ σπουδάσῃς, γενέσθαι ἔχεις βασιλέα. βασιλεύσαντος δὲ καὶ Ἀψιμάρου, πάλιν ἀνῆλθεν πρὸς αὐτόν, καὶ πάλιν εἶπεν αὐτῷ· ὅτι μὴ σπουδάσῃς, ἐκεῖνο περιμένει σε. θαρρήσαντος δὲ Φιλιππικοῦ τινὸς τῶν φίλων αὐτοῦ, ἐμήνυσε τῷ Ἀψιμάρῳ. ὁ δὲ δείρας καὶ κουρεύσας αὐτὸν καὶ σιδηρώσας, ἐξώρισεν εἰς Κεφαληνίαν. βασιλεύσαντος δὲ Ἰουστινιανοῦ, πάλιν ἀνεκαλέσατο αὐτόν. καὶ βασιλεύσαντος ἐποίησεν ψευδοσύνοδον ἐπισκόπων κατὰ τὸν λόγον τοῦ

2. ἕως Ῥώμης add. ex A. 6. τί add. ex A. 10. αὐτῷ add. ex A. 12. ἔχει a, fort. ἔχει σὲ βασι. 13. βασιλέα om. A. καὶ add. ex A. 15. θαρρήσας δὲ Φιλιππικὸς A f. τινὸς] τινὰ A, fort. τινί.

prehensa eius cervice, sica, qua erat accinctus, caput eius amputatum per Romanum spatharium ad Philippicum transmisit, eiusdemque spatharii opera in occiduas imperii provincias illud coaspiciendum Philippicus traduxit. caeterum prius longe, quam imperio potiretur, ad Callistrati coenobium inclusus nonnemo vaticinandi arte praeditus et haeresi infectus morabatur, qui Philippico ad se nonnunquam accedenti praenunciavit: imperium tibi repositum est. sermonibus istiusmodi perculso subinfert inclusus: si deus ita iubeat, adversaberis tu? illud unum enuncio: pessime rerum synodus sexta peracta est. si usquam imperaveris, proscribe, et irritam redde, et felix diuturnaque imperii aetas succedet. is data iursiiurandi fide, rem exequendam in se recepit. Leontio postmodum post Iustinianum tyrannidem adepto, inclusum de vaticinio Philippicus convenit. renunciat ille: ne festinaveris, imperium assequeris. Apsimaro deinde in eam dignitatem evecto, virum rursus adit Philippicus. cui inclusus vates: ne rem acceleres, imperium te manet. caeterum Philippico amicorum cuidam vaticinium eloquuto, ille rem totam ad Apsimarum detulit, qui virum verberibus exceptum, capillis detonsum et onustum catenis in Cephaloniam relegavit. hunc Iustinianus sceptris secundo potitus postliminio revocavit. ipse deinde imperii potestate auctus,

ψευδαββᾶ τοῦ καὶ ἐγκλείστου· καὶ ἔρριψεν τὴν ἁγίαν καὶ C
οἰκουμενικὴν ἕκτην σύνοδον. καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐτυφλώθη
ὁ μάταιος. ἐν πολλῇ δὲ ἀμεριμνίᾳ εἰς τὰ βασίλεια διατελῶν,
πλήθη τε χρημάτων καὶ λαμπροτάτων οὐσιῶν ἐκεῖσε εὑρὼν
ἐκ πλειόνων χρόνων ὑπὸ τῶν προβεβασιλευκότων συναχθέν-
των ἐκ δημεύσεων καὶ διαφόρων προφάσεων, καὶ μάλιστα
ὑπὸ τοῦ εἰρημένου Ἰουστινιανοῦ, ταῦτα εἰκῇ καὶ μάτην ἀπό-
νως διεσκόρπισεν. καὶ ἐν μὲν ταῖς διαλαλιαῖς αὐτοῦ λόγιος
καὶ ἐχέφρων ἐλογίζετο, ἐν δὲ ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ ἀσέμνως
καὶ ἀνικάνως τὸν βίον διατελῶν, παντὶ ἀδόκιμος ἐδείκνυτο. ἦν D
δὲ καὶ αἱρετικὸς καὶ μοιχός. Κῦρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξω-
θήσας τῆς ἐκκλησίας, Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συν-
αιρετικὸν προεβάλετο.

Ῥωμαίων βασιλέως Φιλιππικοῦ, Κωνσταντινουπόλεως A.M.6204
ἐπισκόπου Ἰωάννους ἔτος α'. P.320

Τούτῳ τῷ ἔτει Φιλιππικὸς τοὺς Ἀρμενίους τῆς ἑαυτοῦ
γῆς ἐξελάσας Μελιτινὴν καὶ τὴν τετάρτην Ἀρμένιαν οἰκῆσαι
ἠνάγκασεν. Μασαλμᾶς δὲ τὴν Ἀμάσειαν παρέλαβεν σὺν ἄλ-
λοις καστελλίοις καὶ πολλῇ αἰχμαλωσίᾳ· Γεώργιός τε ὁ Ἀπα-

1. τοῦ καὶ ἐγκλ. A, καὶ ἐγκλ. vulg. 5. πλειόνων χρόνων ὑπὸ τῶν A, πλ. τῶν χρ. τῶν vulg. 6. ἐκ δημ. A, ἐκδημ. vulg. 11. ἐξωθήσας — Ἰω. A, ἐξώθησεν — καὶ Ἰω. vulg. 12. μύστην A f. 17. ἐξελάσας A, ἀπελάσας vulg. 18. Μεσελμᾶς f. 19. Ἀμασείας A.

pseudosynodum episcoporum ex pseudabbatis atque inclusi sententia celebravit, et sanctam atque universalem sextam synodum abrogavit. eo vero anno insanus ille oculis orbatus est. qui cum in palatio tranquillam ac plane otiosam vitam ageret, ibique immensam prorsus pecuniarum summam, splendidissimaeque supellectilis congeriem iam a multis retro saeculis sub imperatoribus, qui ipsum praecesserant, ex publicationibus, variisque aliis praetextibus, maxime vero ab eius decessore Iustiniano coacervatam offendisset, frustra atque incassum, nulla necessitate, dementer dilapidavit. caeterum in colloquiis facundus ac prudens habebatur, at rebus agendis inhonestam ac tantae dignitati imparem vitam vivens, ab omnibus reprobatus est. quin etiam haeresi et adulterio dignitatem conspurcavit. Cyro vero patriarchae sede ab eo deiecto, Ioannem quendam improbitatis et pravae opinionis consortem in eius locum promovit.

Romanorum imperatoris Philippici, Cpoleos episcopi Ioannis annus primus. A. C. 704

Hoc anno Philippicus Armenios propriis sedibus expulsos Melitinem et quartam Armeniam incolere coegit. Amaseam vero cum plerisque castellis et multa captivorum praeda Masalmas occupavit. Geor-

B μείας ἐπίσκοπος μετῳκίσθη ἐν Μαρτυροπόλει. Φιλιππικὸς δὲ
οὐκ ἠσχύνθη ἐκμανῶς κινηθῆναι κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμε-
V. 255 νικῆς ἕκτης συνόδου, ἀνατρέπειν σπεύδων τὰ ὑπ' αὐτῆς βε-
βαιωθέντα θεῖα δόγματα. εὗρεν οὖν ὁμόφρονας αὐτοῦ Ἰω-
άννην τὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, ὃν πεποίηκεν κα-
θελὼν Κῦρον τὸν ταύτης πρόεδρον, ὃν καὶ περιώρισεν ἐν τῷ
τῆς Χώρας μοναστηρίῳ· Γερμανόν τε τὸν μετὰ ταῦτα Κων-
σταντινουπόλεως θρόνον κατασχόντα ἐπίσκοπον, τὸν τηνικαῦτα
ὑπάρχοντα Κυζίκου, καὶ Ἀνδρέαν καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον Κρή-
C της ὄντα, Νικόλαόν τε τὸν ἀπὸ καυκοδιακόνων σοφιστὴν γε-
γονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης κοαίστωρά τε τότε ὑπάρχον-
τα, Ἐλπίδιόν τε διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, Ἀντίοχόν τε
τὸν χαρτοφύλακα καὶ ἑτέρους τούτων ὁμοιοτρόπους· οἵτι-
νες καὶ ἐγγράφως ἀνεθεμάτισαν τὴν ἁγίαν ἕκτην σύνοδον. τῶν
δὲ Βουλγάρων διὰ τοῦ Φιλέα λάθρα ἐπὶ τὸ στενὸν καταρρι-
ψάντων, καὶ μεγάλην σφαγὴν πεποιηκότων, καὶ μέχρι τῆς πό-
λεως ἐκδραμόντων, καὶ πολλοὺς περαματίζοντας, γάμους τε
ἐνοσίους καὶ δαψιλεστάτους ἀρίστους μετὰ ποικίλου ἀργύρου
καὶ λοιπῆς ἀποσκευῆς εὑρηκότων, καὶ ἕως τῆς Χρυσῆς πόρτης
D διαδραμόντων, καὶ τὴν ἅπασαν Θρᾴκην αἰχμαλωτισάντων,

4. εὗρεν οὖν A, εὗρε δὲ vulg. 5. ὃν ἐπίσκ. Κ. πεπ. f. ὃν πεπ. — — — — τηνικαῦτα om. A. 9. ὑπάρχοντα] κατασχόντα A. 11. Κοαίστωρα A, Κυέστορα vulg. 18. ἐνουσίους A. ἀργύρου A c f, ἀρίστου vulg.

gius autem Apameae episcopus Martyropolim translatus est. porro Philippicus adversus sanctam et universalem sextam synodum invehi non erubuit, sacra dogmata ab ea sancita studens evertere. caeterum qui in hanc sententiam irent, Ioannem Cpoleos episcopum, Cyro eius praecessore diguitate moto et in monasterium Chorae relegato, ab eo institutum, Germanumque Cpoleos etiam sede postmodum potitum, cum eo tempore Cyzicenam administraret, Andream item Cretensem episcopum, Nicolaum etiam a calicibus olim ministrum in arte medica sophistam egregium, et sub eam tempestatem quaesturae munus obeuntem, Elpidium magnae ecclesiae diaconum, Antiochium quoque chartophylacem, et alios istis non absimiles instituto offendit, qui sententia scriptis promulgata in sanctam sextam synodum anathema pronunciaverunt. caeterum Bulgari per Phileam ad freti Byzantini angustias irrumpentes, ingenti strage edita, ad urbem usque impressionem fecerunt, plurimosque, qui portus fretum traiicerent, quique nuptias opulentissimas et sumptuosissima convivia varia supellectile argentea et reliquo vasorum apparatu comportato celebrarent, deprehendunt, et in reliquos ad Chrysen usque portam excurrunt; tandem vastitate Thraciae illata, et ex ea collecto captivorum ingenti nume-

ὑπέστρεψαν ἀβλαβεῖς εἰς τὰ ἴδια μετὰ κτηνῶν ἀμέτρων. ὁμοίως καὶ οἱ Ἄραβες τὴν Μισθίαν παρέλαβον καὶ ἕτερα κάστρα, πλείστων τε φαμιλιῶν καὶ κτηνῶν ἀναριθμήτων ἅλωσιν ποιησάμενοι.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσεν Ἀββᾶς τὴν Ῥωμανίαν, καὶ A.M. 6205
παρέλαβεν Ἀντιόχειαν Πισιδίας μετὰ πολλῆς αἰχμαλωσίας, καὶ ὑπέστρεψεν. ἐγένετο δὲ σεισμὸς μέγας κατὰ τὴν Συρίαν μηνὶ Περιτίῳ κή. διετοῦς δὲ χρόνου τῆς βασιλείας Φιλιππικοῦ ἐν τούτοις παραδραμόντος, καὶ τοῦ γενεθλίου ἱππικοῦ ἐπιτελου- P. 321
μένου, Πρασίνων νικησάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ τῷ σαββάτῳ τῆς πεντηκοστῆς καβαλλάριον μετὰ δοχῆς καὶ ὀργάνων εἰσελθεῖν, καὶ λούσασθαι εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τοῦ Ζευξίππου, καὶ μετὰ πολιτῶν ἀρχαιογενῶν ἀριστῆσαι. ἐν δὲ τῷ μεσημβρίζειν αὐτόν, ἐξάπινα διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτης εἰσῆλθε Ῥοῦφος ὁ πρωτοστράτωρ τοῦ Ὀψικίου ὑποβουλῇ τοῦ Γεωργίου πατρικίου καὶ κόμητος τοῦ Ὀψικίου, τοῦ ἐπίκλην Βοράφου, καὶ Θεοδώρου τοῦ πατρικίου τοῦ Μυακίου μετὰ τῶν ταξατῶν, ὧν εἶχεν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τοῦ αὐτοῦ θέματος, καὶ εἰσδραμὼν εἰς B
τὸ παλάτιον, εὗρεν τὸν Φιλιππικὸν μεσημβρίζοντα, καὶ ἁρπά-

3. πλείστων τε add. ex A a. ἀναριθμήτων A f, ἀμέτρων vulg. 9. παραδραμ. A a, διαδρ. vulg. 12. λούσασθαι A, λούσας vulg. 14. Ῥουφῖνος A f. 15. ὑποβουλῇ A, ὑπὸ βουλὴν vulg. 17. Μυακίου] Ἀμυακίου A. 19. τὸν add. ex A.

ro, animantibusque pene infinitis secum abactis, salvi et a periculo immunes domos repetierunt. Arabes pariter Misthiam sibi subegerunt, tum vero castris aliis direptis innumerarum familiarum necnon animantium praedam omni pretio et aestimatione superiorem collegerunt.

Hoc anno Abbas Romaniam armis invasit, et Antiochia Pisidiae sub- A. C. 705
iugata, praedae dives recessit. validus autem terrae motus mensis Peritii die octavo supra vigesimum Syriam concussit. biennio vero imperii Philippici inter superius memorata transacto, circensibus demum ludis ob festivam imperatorum natalitiorum memoriam celebratis, cum ex Prasinorum parte stetisset victoria, vario apparatus comitatu et musicorum instrumentorum sono, ipso pentecostes sabbato, grandi equo vectum procedere imperatori placuit. publico itaque Zeuxippi balneo lotus cum civibus urbis antiqua nobilitate spectatis pransus est. cum vero quieti sub meridiem indulgeret, Rufus Opsicii protostrator, ex Georgii patricii et comitis Opsicii, cognomento Boraphi, consilio, Theodori quoque Myacii, qui patricius erat, hortatu, cum militibus praesidiariis, quos in Thracia ex eodem themate regebant, irrumpentes, Philippicum meridiana relaxatione solutum reperientes,

σας αὐτὸν ἀνήνεγκεν εἰς τὸ ὁρνατούριον τῶν Πρασίνων, κἀκεῖ αὐτὸν ἐτύφλωσεν μηδενὸς διεγνωκότος. τῇ δὲ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ πεντηκοστῇ, σωρευθέντος τοῦ λαοῦ εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐστέφθη Ἀρτέμιος ὁ πρωτοασηκρῆτις, μετονομασθεὶς Ἀναστάσιος. τῷ δὲ σαββάτῳ ἐτυφλώθη Γεώργιος καὶ Θεόδωρος ὁ Μυάκιος, καὶ τῷ δευτέρῳ σαββάτῳ ἐτυφλώθη Γεώργιος ὁ Βούραφος, καὶ ἐξωρίσθησαν ἐν Θεσσαλονίκῃ.

A.M. 6206 Ῥωμαίων βασιλέως Ἀρτεμίου ἔτος α'.

V. 256 Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκούρσευσεν Μασαλμᾶς τὴν Ῥωμανίαν, καὶ σκυλεύσας τὴν Γαλατίαν, ὑπέστρεψεν μετὰ αἰχμαλωσίας καὶ σκύλων πολλῶν. ὁ δὲ Ἀρτέμιος στρατηγοὺς ἱκανωτάτους προβαλόμενος εἰς τὰ καβαλλαρικὰ θέματα, καὶ λογιωτάτους εἰς τὰ πολιτικά, ἐν ἀδείᾳ διετέλει. τῶν Ἀράβων δὲ ὁπλιζομένων κατὰ Ῥωμανίας διά τε γῆς καὶ θαλάσσης, ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἄρχοντας ἐν Συρίᾳ πρὸς Οὐαλίδ, ὡς δῆθεν τὰ τῆς εἰρήνης προσλαλῆσαι, Δανιὴλ τὸν Σινωπίτην, πατρίκιον καὶ ὕπαρχον τῆς πόλεως, ἐντειλάμενος αὐτῷ ἐν ἀκριβείᾳ διερευνῆσαι διὰ τῆς κατὰ Ῥωμανίας κινήσεως καὶ δυνάμεως αὐτῶν. τοῦ δὲ ἀπελθόντος καὶ ὑποστρέψαντος, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ τὴν μεγάλην κατὰ τῆς βασιλίδος πόλεως διά τε γῆς

1. κἀκεῖ A, κἀκεῖσε vulg. 2. ἐγνωκότος A. 7. εἰς Θεσσαλονίκην. 18. Ῥωμανίας A, Ῥωμανίαν vulg. 19. ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ ὑποστρέψας A.

raptum e lecto in Prasinorum ornatorium abduxerunt, ibique nullo pene propositi eorum conscio oculos effoderunt. postera die, quae fuit pentecostes, populo in magnam ecclesiam confertim coacervato, Artemius protoasecretis, Anastasius cognominatus, imperii taenia redimitus est. sabbato sequenti Georgius et Theodorus Myacius oculorum lumine privati sunt, secundo vero sabbato Georgius Buraphus eadem poena mulctatus, qui Thessalonicam in exilium deportati sunt.

A. C. 706 Romanorum imperatoris Artemii annus primus.

Hoc anno Masalmas Romaniam excursionibus infestavit, et per Galatiam grassatus, promiscua multitudine in captivitatem acta, pluribusque ablatis spoliis, domum repetiit. Artemius autem ducibus probatissimis, qui equestres regerent ordines, aliisque eruditissimis, qui res politicas administrarent, institutis, ipse a tumultu vivebat immunis et alienus. Arabibus porro in Romanum imperium terra marique arma parantibus, imperator ex suis optimatibus nonnullos, qui de pace habenda tractatum haberent, ad Valid delegavit, maxime Danielem Sinopensem patricium et urbis praefectum, hoc prae cunctis iniuncto, ut de Saracenorum in Romaniam expeditione et eorum viribus notitiam accuratam referret. eo igitur iter aggresso ac

καὶ θαλάσσης ἐξόπλισιν αὐτῶν· ὅτι ἕκαστος φροντιζέτω τὰς ἑαυτοῦ δαπάνας ἕως τοῦ τριετοῦς χρόνου, ὁ δὲ τούτου ἀπορῶν ἀποτρεχέτω τῆς πόλεως, ἐπέστησε δὲ ἐπείκτας, καὶ ἤρ- P. 322
ξατο κτίζειν δρόμωνάς τε καὶ διήρεις· καὶ τὰ παράλια δὲ
5 ἀνεκαίνισε τείχη· ὡσαύτως καὶ τὰ χερσαῖα στήσας τοξοβολίστρας καὶ τετραρέας εἰς τοὺς πύργους καὶ μαγγανικά· καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτῷ τὴν πόλιν ὀχυρώσας, γεννήματά τε πλεῖστα εἰς τὰ βασιλικὰ ὡραῖα ἀπέθετο, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἠσφαλίσατο.

10 Ἀράβων ἀρχηγοῦ Σουλειμᾶ, Κωνσταντινουπόλεως ἐπι- Λ M. 6207
σκόπου Γερμανοῦ ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπεβίω Οὐαλίδ, καὶ Σουλεμὰν διαδέχε- B
ται αὐτοῦ τὴν ἀρχήν. τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασι-
λείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, τῆς ιγ' ἰνδικτιῶνος μηνὶ
15 Αὐγούστῳ ια', μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυ-
ζίκου εἰς Κωνσταντινουπόλιν· ἐφ' ᾗ καὶ κιτατόριν μεταθε-
σίμου τὸ ὑποτεταγμένον ἐκπεφώνηται· ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ
τῶν θεοσεβεστάτων πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ παντὸς
τοῦ εὐάγους κλήρου, καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, καὶ τοῦ φιλο-
20 χρίστου λαοῦ τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως,

2. τούτου A, τοῦτο vulg. 3. ἔστησέν τε A. 5. ἀνεκίνησε a. στήσας A, κτίσας vulg. 6. τετραρέας A, τεραρέας f, τεραραίας vulg. πετραραίας mg. 12. Σουλ. διαδ. αὐτ. A, διαδ. αὐτ. Σουλ. vulg. 14. τῆς add. ex A.

mox redeunte, armorum apparatum, qui fidem omnem superaret, in urbem terra marique instructum renunciavit. singuli quique, ait, in triennium sumptus omnes providento, qui sibi non est satis, urbe egreditor. tum vero praefectis operarum creatis, celoces naves et biremes coepit condere, et posita ad mare urbis moenia, continentique obversa restaurare, et arcubalistas petrobolosque et machinas alias ad turres passim disponere, magnaque demum frugum et seminum vi in imperatoris horreis reposita, et pro viribus urbe tutissime munita, ipse servandis, quae recondiderat, curam omnem apposuit.

Arabum ducis Suliman, Cpoleos episcopi Germani annus primus. A. C. 707

Hoc anno Valid leto extinctus est, eiusque principatum Suliman excepit. eodem porro secundo imperii Artemii, qui etiam Anastasius, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, et Cyzicena metropoli Cpolim Germanus translatus est. decretum super ea translatione quod mox subiicietur, promulgatum fuit: suffragio atque consensu religiosorum presbyterorum, diaconorum, et totius sanctioris cleri, sacrique senatus, et huiusce a deo custodiae imperatricis civitatis universi populi Christum amantis, divina gratia, quae infirma

ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα, καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα, μετατίθεται Γερμανὸν τὸν ὁσιώτατον
C μητροπολίτην καὶ πρόεδρον τῆς Κυζίκου μητροπόλεως, εἰς ἐπίσκοπον ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως. ἐγένετο δὲ ἡ παροῦσα μετάθεσις κατὰ παρουσίαν Μιχαὴλ τοῦ 5
ὁσιωτάτου πρεσβυτέρου καὶ ἀποκρισιαρίου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου καὶ λοιπῶν ἱερέων καὶ ἐπισκόπων, ἐπὶ Ἀρτεμίου βασιλέως. μαθὼν δὲ ὁ Ἀρτέμιος, ὅτι στόλος τῶν Σαρακηνῶν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τὸν Φοίνικα ἀνέδραμεν πρὸς τὸ κόψαι ξυλὴν κυπαρισσίνην, ἐπιλεξάμενος ἐκ τοῦ οἰκείου στόλου τὰ 10
εὔδρομα σκάφη, ἔβαλε ταξάτους ἐκ τοῦ Ὀψικίου θέματος, καὶ εἰς τὴν Ῥόδον ἀθροισθῆναι πάντας ἐκέλευσεν, καὶ προεβάλετο στρατηγὸν καὶ κεφαλὴν αὐτῶν τὸν διάκονον Ἰωάννην τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τὸ τηνικαῦτα λογοθέτην γενικὸν ὑπάρχοντα.
D αὐτοῦ δὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ καταλαβόντος, καὶ τῶν πλοΐμων συναθροι- 15
σθέντων, διελάλει τοῖς ἄρχουσι περὶ τοῦ ἀποκινῆσαι αὐτούς, καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὸν Φοίνικα, πρὸς τὸ καῦσαι τὴν ξυλὴν καὶ τὴν
V. 257 εὑρισκομένην ἐξάρτισιν τῶν Ἀγαρηνῶν. πάντων δὲ προθύμως ὑπακουσάντων, οἱ τοῦ Ὀψικίου οὐ κατεδέξαντο· καὶ τὸν μὲν

2. ἀναπληροῦσα A, συμπλ. vulg. 3. μητροπ. καὶ om. A. Κυζικηνῶν A. 8. στόλος A, ὁ στόλος vulg. 9. τὸν Φοίν. A, τὴν Φ. vulg. ἀνέδρ. A f, ἐξέδρ. vulg. 11. ταξάτους A, ταξάτας vulg. τοῦ οἰκείου θέμ. A f. 12. προεβάλ. A, προσεβ. vulg. 14. τὸ add. ex A. 16. τοῖς ἄρχ. περὶ τ. ἀποκ. αὐτ. A, περὶ τ. ἀπ. αὐτ. τ. ἄρχ. vulg. 17. τὸν Φ. A, τὴν Φ. vulg. 18. ἐξάρτισιν A, ἐξάρτησιν vulg. Σαρακηνῶν A f.

semper curat et, quae desunt, adimplet, Germanum sanctissimum metropolitam et praesidem Cyzici metropoleos, in episcopum huius a deo servatae urbis et reginae urbium transfert. facta est haec translatio coram Michaële sanctissimo presbytero et apocrisiario apostolicae sedis, caeterisque sacerdotibus et episcopis praesentibus, Armenio imperante. porro Artemius intelligens Saracenorum classem Alexandria in Phoeniciam lignorum cypressinorum secandorum causa cursum instituisse, expeditiora ex tota classe navigia deligens, militares copias ex Opsicii themate in eam imposuit omnesque Rhodum convenire iussit, quibus ducem atque caput Ioannem magnae ecclesiae diaconum, qui tum generalis logothetae munere fungebatur, praefecit. is ubi Rhodum appulit, totaque classis illuc convenit, cum ducibus colloquutus est, ut inde solverent, et in Phoeniciam traiicerent, ad incendenda ligna, reliquumque omnem, qui illic reperiretur, Agarenorum apparatum. cunctis propositum uno sensu excipientibus, soli Opsiciani refragati sunt, et imperatori quidem debitos honores negaverunt, Ioannem vero diaconum gladiis peremerunt. ex quo classis

βασιλέα ανέσκαψαν, τὸν δὲ διάκονον Ἰωάννην ῥομφαίαις ἀνεῖλον. ἐντεῦθεν λοιπὸν οἱ στόλοι διαιρεθέντες εἰς τοὺς ἰδίους ἀπέπλευσαν τόπους. οἱ δὲ κακοῦργοι κατὰ τῆς βασιλίδος ἀνέβαλον πόλεως. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ Ἀδραμυτίῳ, P. 323
ἀκεφάλων ὄντων, εὗρον ἐκεῖ ἄνδρα ἐντόπιον Θεοδόσιον ὀνόματι, ἐκλήπτορα τῶν δημοσίων φόρων ὑπάρχοντα, ἀπράγμονά τε καὶ ἰδιώτην, καὶ προετρέψαντο αὐτὸν βασιλεῦσαι. ὁ δὲ φυγῇ χρησάμενος εἰς τὸ ὄρος ἐκρύβη. εὑρόντες δὲ αὐτὸν εὐφήμησαν βιασάμενοι ὡς βασιλέα. ὁ δὲ Ἀρτέμιος ταῦτα μαθών, ἐπέστησε τῇ πόλει οἰκειακοὺς αὐτοῦ ἀνθρώπους ἄρχοντας ἅμα τοῦ κατασκευασθέντος ὑπ' αὐτοῦ στόλου, καὶ ἐξοπλίσας αὐτοὺς αὐτὸς ἐξῆλθεν ἐν Νικαίᾳ τῇ πόλει, κἀκεῖσε B
ἑαυτὸν ἠσφαλίσατο. οἱ δὲ ἀντάρται ἀναβαλόντες καὶ συγκινήσαντες ὅλον τὸ θέμα τοῦ Ὀψικίου καὶ τοὺς Γοτθογραίκους, συλλαμβάνονται πλείστα μικρά τε καὶ μεγάλα πραγματευτικὰ σκάφη, καὶ διά τε γῆς καὶ θαλάσσης ἐν Χρυσοπόλει ἀνέδραμον. τοῦ δὲ τῆς πόλεως στόλου εἰς τὸν λιμένα τοῦ ἁγίου Μάμαντος ὁρμῶντος, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπολέμουν ἀλλήλους ἐπὶ μῆνας ἕξ. τοῦ δὲ τῆς πόλεως στόλου ἐπὶ τὸν τοῦ Νεωρίου τῆς πόλεως λιμένα μεθορμίσαντος, περάσας ὁ Θεο-

4. ἀνέβαλον πόλεως A, ἀνέβαλλον πόλιν vulg. αὐτῶν add. ex A. Ἀδραμυτίῳ A a f, Ἀδραμυντίῳ vulg. 7. αὐτὸν A f, αὐτοῦ vulg. 10. ἄρχοντας om. A f. 13. ἑαυτὸν A, αὐτὸν vulg. κινήσαντες f. 16. καὶ θαλ. A, καὶ διὰ θαλ. vulg. 17. τοῦ δὲ τῆς πόλ. — — — — ἐπὶ μῆνας ἓξ om. A a. 20. Νεωρίου A f, Νεωτερίου vulg.

divisa, et singuli in patriam suam reversi sunt. rebelles autem in reginam urbem recta contendere. cum vero ad Adramytium applicuissent, hominem quendam huius loci indigenam nomine Theodosium publicorum vectigalium exactorem, a rebus agendis alienum ac privatum, ibi forte repertum, ipsi nullo sub capite militantes et sine duce ad imperium capessendum hortati sunt. ille fuga lapsus, in monte delituit, quem tandem invenientes, vimque inferentes, imperatorem salutavere. eo comperto Artemius domesticos suos optimates una cum classe quam ipse instruxerat atque armis ornarat, urbis custodiae deputavit, ipse in urbem Nicaeam recessit, probeque se muniit. porro rebelles resumptis animis commoti, tota Opsicii regione et Gotthograecis in socia arma impulsis, multis magnis parvisque negotiatorum navibus convectatis, Chrysopolim terra marique fluunt. cum autem urbis classis in portu sancti Mamantis stationem ageret, per menses sex continuos singulis diebus inter utrosque pugnatum est. at reginae urbis classe in Neoterii urbis portum tandem se subducente, Theo-

C δύσιος τὰ Θρᾳκῶα ἐκράτησεν μέρη. προδοσίας δὲ γενομένης διὰ τῆς πόρτης τοῦ μονοτείχους τῶν Βλαχερνῶν, τὴν πόλιν ἔλαβον. οἱ δὲ παράνομοι λαοὶ τοῦ Ὀψικίου ἅμα τῶν Γοτθογραίκων τῇ νυκτὶ εἰς τοὺς οἴκους τῶν πολιτῶν διαδραμόντες, μεγίστην εἰργάσαντο ἅλωσιν, μηδενὸς φεισάμενοι· τοὺς δὲ ἐν αὐτῇ ὑπαρχοντας τοῦ Ἀρτεμίου ἄρχοντας Γερμανῷ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως συλλαβόμενοι ἐν Νικαίᾳ ἀπήγαγον πρὸς πίστωσιν Ἀρτεμίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων. ὁ δὲ Ἀρτέμιος τούτους θεασάμενος ἀπέγνω ἑαυτοῦ· καὶ αὐτὸν παρέδωκεν, λόγον τε ἀπαθείας αἰτησάμενος τὸ μοναδικὸν περιεβάλλετο σχῆμα. ὁ δὲ Θεοδόσιος ἀβλαβῆ τοῦτον διατηρήD σας, ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξώρισεν. ἐβασίλευσεν δὲ Φιλιππικὸς μὲν ἔτη β' καὶ μῆνας θ', Ἀρτέμιος δὲ ἔτος ἓν καὶ μῆνας γ'. Λέων δὲ τῶν ἀνατολικῶν στρατηγὸς ὢν Ἀρτεμίου ὑπερμαχῶν οὐχ ὑπετάγη Θεοδοσίῳ· εἶχεν δὲ συμπνέοντα αὐτῷ καὶ συντρέχοντα Ἀρτάβασδον Ἀρμένιον τῶν Ἀρμενιακῶν στρατηγόν, ᾧ καὶ συνέθετο δοῦναι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα εἰς γυναῖκα, ὃ καὶ πεποίηκεν.

A.M. 6208 P. 324 Ῥωμαίων βασιλέως Θεοδοσίου ἔτος α'.

6. ἅμα Γερμ. τῷ πατρ. A, ἅμα τῷ Γερ. vulg. 9. ἑαυτοῦ A f, ἑαυτὸν vulg. 12. ἐβασ. δὲ Φιλ. μὲν A, ἐβασ. μὲν Φ. vulg. 15. αὐτῷ καὶ συντρ. A, καὶ συντρ. αὐτῷ vulg.

dosius freto traiecto Thraciae partes occupatum irruit. factaque ad Blachernarum murum, qui unus et singularis est, proditione, urbem in suam potestatem recepere. sceleratae vero Opsicii cohortes sociis Gotthograecis adiunctae in civium domos noctu convolantes, magnam vastitatem et incendium, nullius aedis data exceptione, intulere, comprehensisque quos ibi reperere Artemii amicis, una cum Germano Cpoleos antistite, Nicaeam deportant, Artemium adiunctumque et bene affectum ipsi exercitum de iis quae successerant certiores facturi, et securitatis obtinendae pactum firmatur. Artemius iis conspectis de rerum suarum salute desperavit, et vitae sibi relinquendae servandaeque fide accepta, dedit manus, et monasticum habitum induit. Theodosius salvum eum esse iubens Thessalonicam in exilium egit. imperavit itaque Philippicus annos duos et menses novem, Artemius annum unum et menses tres. caeterum Leo orientalium copiarum dux, Artemii partibus ubique propugnatis, Theodosio minime paruit, et in eundem sensum conspirantem et auxiliatorem habuit Artabasdum Armenia ortum et Armenicarum cohortium ducem, cui filiam coniugem locare fuerat pollicitus, quod postmodum executus est.

A.C. 708 Romanorum imperatoris Theodosii annus primus.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσε Μασαλμᾶς κατὰ Κωνσταντινουπόλιν, καὶ προέπεμψεν Σουλεϊμὰν μετὰ στρατοῦ διὰ ξηρᾶς, Οὔμαρον δὲ διὰ θαλάσσης. αὐτὸς δὲ ὀπίσω αὐτῶν μετὰ πολλῆς ἀποσκευῆς πολεμικῆς ἦκεν. Σουλεϊμὰν δὲ καὶ V. 258
Βάκχαρος ἐπὶ τὸ Ἀμώριον φθάσαντες γράφουσι πρὸς Λέοντα τὸν στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν, ὅτι οἴδαμεν, ὅτι ἡ βασιλεία B
τῶν Ῥωμαίων σοι ἁρμόζει, ἐλθὲ οὖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἃς λαλήσωμέν σοι τὰ πρὸς εἰρήνην. θεωρήσας οὖν ὁ Σουλεϊμὰν τὸ Ἀμώριον στρατὸν μὴ ἔχον, καὶ τὸν στρατηγὸν ἐν ἔχθρᾳ διακείμενον διὰ τὴν πρὸς Ἀρτέμιον συμμαχίαν, παρεκάθισεν αὐτό, βουλόμενος ἐκεῖ ἐκδέξασθαι τὸν Μασαλμᾶν. ἅμα δὲ ἐπλησίασεν τῇ πόλει, ἤρξαντο οἱ Σαρακηνοὶ εὐφημεῖν τὸν στρατηγὸν Λέοντα βασιλέα, παρακαλοῦντες καὶ τοὺς ἔσω τὸ αὐτὸ ποιεῖν. ἰδόντες δὲ οἱ τοῦ Ἀμωρίου, ὅτι οἱ Σαρακηνοὶ πόθῳ αὐτὸν εὐφήμουν, εὐφήμησαν καὶ αὐτοί. γνοὺς δὲ ὁ στρατηγὸς ὅτι ταξάτων καὶ ἀρχόντων οὐκ ὄντων μέλλει ἀπολέσθαι τὸ Ἀμώριον, δηλοῖ τῷ Σουλεϊμάν, ὅτι, ἐὰν θέλῃς ἵνα C
ἔλθω πρός σε καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην λαλήσωμεν, διὰ τί παρακαθέζῃ τὴν πόλιν; ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· ἐλθέ, καὶ ἀναχωρῶ.

1. *Μαλσαμᾶς* A, *Μεσελμὲς* f. 5. *Βάκχαρος* A. 6. *τὸν* add. ex A. 7. *λαλήσωμεν* A, *λαλήσομεν* vulg. 8. *σοι* om. A f. 9. *καὶ πρὸς τὸν στρατ.* A. 10. *Ἀρτεμίου* A f. 11. *αὐτὸ* a, *αὐτῷ* A, *αὐτὸν* vulg. *καὶ τὸν Μαλσαμᾶν* A. 12. *οἱ* add. ex A. 13. *τὸ αὐτὸ* A, *τοῦτο* vulg. 16. *μὴ ὄντων* A. *ἀπολέσθαι* A, *ἀπόλλυσθαι* vulg. 18. *παρακαθέζῃ* A, *παρασκευάζῃ* vulg.

Hoc anno Masalmas in Cpolim expeditionem suscepit, ac ideo Sulimanem terra, Umarum vero mari datis utrique exercitibus praemisit, ipse amplo belli apparatu coacto retro sequutus est. Suliman autem et Baccharus Amorium profecti, litteris ad Leonem datis, Romanum, aiunt, imperium ad te pertinere novimus: eam ob rem huc te confer, et de pace inter nos servanda una simul tractatum habeamus. Suliman itaque Amorium praesidio vacuum, orientis vero ducem inimicitias cum imperatore servandae in Artemium fidei gratia agentem, Masalmanem ibidem expectare consiliatus, urbem obsedit. cum vero urbi iam vicinus astaret, Saraceni Leonem ducem salutatum imperatorem faustis vocibus excipientes, cives ut idem ipsi praestarent, sollicite rogabant. ubi Saracenorum affectum in salutando Leone notum habuerunt Amorii cives, ipsi pariter imperatorem proclamarunt. urbem autem praesidio ducibusque vacuam manibus hostium cito perdendam Leo perpendens, Sulimani scribit: si nos de pace colloquium habituros cupis convenire, ut quid urbem istam occupare moliris? ad haec ille: veni tantum, et abscedo. dux igitur fide a

καὶ λαβὼν ὁ στρατηγὸς λόγον παρ' αὐτοῦ μετὰ τετρακοσίων καβαλλαρίων παραγίνεται πρὸς αὐτόν. ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἀγαρηνοὶ φορέσαντες τὰ λωρίκια αὐτῶν καὶ τὰ κατάφρακτα, ὑπήντησαν αὐτῷ, καὶ ἠπλίκευσαν ἀπὸ ἡμίσεως μιλίου τοῦ φοσσάτου αὐτῶν. ἐπὶ τρισὶ δὲ ἡμέραις προσερχομένου αὐτοῦ πρὸς αὐτούς, ἐλάλουν τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ τοῦ ἀναχωρῆσαι αὐτοὺς τῆς πόλεως. οἱ δὲ ἔφασκον, ὅτι στοίχησον τὴν εἰρήνην, καὶ τότε ἀναχωροῦμεν. γνοὺς δὲ ὁ στρατηγὸς ὅτι βούλονται αὐτὸν κρατῆσαι, ἐκάλεσεν ἐκ τῶν ἐμφανῶν Σαρακηνῶν πλείστους εἰς δεῖπνον, καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν ἀπέστειλεν Σουλεϊμὰν τρισχιλίους Σαρακηνοὺς λωρικάτους κυκλῶσαι καὶ φυλάττειν αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ διαδρᾶσαι. ἡ δὲ βίγλα γνοῦσα ἐμήνυσεν αὐτῷ, ὅτι πλῆθος Σαρακηνῶν ἵστανται κύκλῳ ἡμῶν καβαλλάριοι. ἐλθὼν δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν καβαλλάριος ὀνόματι Ζοῦβερ, ἔστη ἔμπροσθεν λέγων, ὅτι δοῦλος ἔφυγεν κλέψας χρήματα πολλά, καὶ δι' ἐκεῖνον ἐκαβαλλικεύσαμεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τὴν τέχνην τῆς ἀπάτης αὐτῶν ἐγνωκώς, ἔφη πρὸς
P. 325 αὐτούς· μὴ περισπασθῆτε. ὅπου γὰρ δήποτε ἂν ἀπέλθῃ ἐν τοῖς κάστροις ἡμῶν, εὑρίσκομεν αὐτόν. λυπηθεὶς δὲ ἠδυνήθη κρυπτῶς δι' ἀνθρώπου αὐτοῦ δηλῶσαι τοῖς τοῦ Ἀμω-

1. παρ' αὐτῶν A. τετρακοσ. A, τριακ. vulg. 3. τ. λωρ. αὐτῶν κ. τ. κατ. A, τ. λωρ. κ. τὰ κατ. αὐτῶν vulg. 6. τοῦ add. ex A. 7. ὅτι add. ex A. 13. ἐμήνυσεν A, ἐδήλωσεν vulg. ἵστ. κύκλῳ ἡμῶν A, κ. ἡμ. ἵστ. vulg. 16. χρῆμα πολὺ A f. ἐκεῖνον A, ἐκείνου vulg. 17. τῆς ἀπάτης add. ex A. 18. ἂν om. A. 20. τοῖς A, τοὺς vulg.

Sulimane accepta, cum equitibus trecentis ad eum profectus est. Agareni loricis ornati et armis probe muniti, eo conspecto, venerunt obviam, et spatio ad medium milliare a castris semoto in aciem compositi steterunt. cum vero tribus diebus continuis ad eos itaret, de pace servanda et eorum ab urbe recessu frequentibus colloquiis agebant. responderunt illi: compone pacem, et confestim discedemus. porro Saracenos de eo apud se detinendo consilium habere suspicatus, Saracenorum illustres quosque ad coenam vocavit, qui dum convivantur, Suliman Saracenos loricatos ter mille summisit, qui eum, ne forte elaberetur, impedirent. eo explorato, qui stabat in excubiis illi renunciat: Saracenorum equitum manus undequaque nos circumvallat. tum ex eis unus, Zuber nomine, equo insidens, et in eorum conspectu stans, servus, ait, magna pecuniarum vi furto sublata, fugam arripuit, eapropter equos conscendimus. eorum astu perspecto, respondet dux: ne vos illa cura sollicitet; quocumque enim ille fugerit, in castris nostris reperietur. re ita gesta tristior effectus, ut

φίου, ὅτι φοβηθῆτε τὸν θεόν, μὴ προδώσητε ἑαυτούς. ἰδοὺ γὰρ πλησιάζει καὶ ὁ Μασαλμᾶς. καὶ ἐξέρχεται ὁ ἐπίσκοπος πρὸς αὐτόν, καὶ τὰ αὐτὰ λαλεῖ αὐτῷ. γνοὺς δὲ ὁ Σουλεϊμάν, ὅτι ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος, πέμπουσι πρὸς τὸν στρατηγόν, ὅτι ὁὸς ἡμῖν τὸν ἐπίσκοπον. ὁ δὲ περιστατηθεὶς ἔκρυψεν αὐτόν, εἰπὼν ἑνὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ, ὅτι ἡμῶν ὁμιλούντων, ἔνδυσον αὐτὸν ἑτέραν στολὴν περιβαλών, καὶ ὡς διὰ ξύλα ἢ ὕδωρ ἀπόλυσον αὐτὸν πορευθῆναι εἰς τὰ ὄρη. ἐνισταμένων δὲ τῶν Σαρακηνῶν περὶ τοῦ ἐπισκόπου, λέγει ὁ στρατηγός· οὐκ ἔστιν ὧδε, πλὴν ἀπέλθατε πρὸς τὸν ἀμηρᾶν, καὶ ἔρχομαι κἀγώ, καὶ περὶ πάντων λαλοῦμεν. αὐτοὶ δὲ λογισάμενοι ὅτι ἐρχομένου αὐτοῦ εἰς τὸν ἀμηρᾶν ἐν μέσῳ αὐτῶν κρατοῦσιν αὐτόν, ἀφῆκαν αὐτόν. καβαλλικεύσας δὲ σὺν διακοσίοις ἀνθρώποις αὐτοῦ, ὡς ἤθθεν κυνηγῶν, ἔδωκεν ἐπὶ τὰ ἀριστερά. οἱ οὖν συνόντες αὐτῷ Σαρακηνοὶ λέγουσιν αὐτῷ· ποῦ ἀπέρχῃ; ὁ δὲ εἶπεν, ὅτι εἰς τὰ λιβάδια θέλω μεταπληκεῦσαι. οἱ δὲ εἶπον, ὅτι ἡ βουλή σου οὐκ ἔστιν ἀγαθή, καὶ οὐκ ἐρχόμεθα μετὰ σοῦ. τότε λέγει ὁ στρατηγὸς τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ, ὅτι λόγον ἡμῖν δόντες κρα-

1. μὴ προδώσητε ἑαυτοὺς A f, μὴ φοβήθητε αὐτοὺς vulg. 2. ἐξέρχεται A, ἔρχεται vulg. 3. αὐτῷ A, αὐτὸν vulg. 4. ἐξῆλθε A, ἦλθε vulg. 6. εἰπὼν — — ἔνδυσον αὐτὸν om. A. 7. περιβαλὼν add. ex A. 10. ἄπελθε A. τὸν add. ex A. 12. εἰσερχ. A. 13. κρατοῦσιν A a f, κρατήσωσιν vulg. 15. ἐπὶ τὰ A, εἰς τὰ vulg. 16. ὅτι add. ex A.

haec Amorii civibus, per hominem latenter missum nunciaret, occasionem accepit: deum timete, ne desperetis de salute vestra. Masalmas enim huc accedit. egressus vero episcopus eum convenit, et haec etiam ipse dixit. ubi cognovit Suliman episcopum ad eum profectum, Saraceni duci significant: trade nobis episcopum. ille Saracenorum vi et dolis circumventus, virum occultat, domesticorum vero cuipiam iniungit: interim dum colloquimur, episcopum alia veste indutum, quasi lignis vel aquae comportandae ministrantem, in montium desertum secedere praecipe. Saracenis autem episcopum instantius reposcentibus dux respondet: episcopus non est hic, verum ad ameram pergite, pone subsequor ego, simul de omnibus colloquemur. isti ducem ad ameram profectum in medio ipsorum inclusum detenturos consiliati, liberum abire permiserunt. ille cum ducentis, quos secum duxerat militibus, quasi venatus gratia equitans, ad sinistram partem deflectit. quare Saraceni viae comites, quo proficisceris? inquiunt. ad prata, respondet ille, castra transponere desidero. dicunt illi: inique agis, neque tecum ulterius progredi valemus. tum vero comites dux allequitur: isti quamvis nobis fidem suam

V. 259 τῆσαι ἡμᾶς ἠθέλησαν, καὶ δι' ἡμῶν τοὺς Χριστιανοὺς ἀπολέσαι· ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν ἢ τῶν ἀλόγων τῶν ἀπομεινάντων οὐδένα κρατοῦσι. καὶ πορευθεὶς μίλια δέκα ἠπλήκευσεν. τῇ δὲ ἐπαύριον πέμπει τὸν δομέστικον τῶν στρατόρων αὐτοῦ, καὶ δηλοῖ αὐτοῖς, ὅτι λόγον μοι ἐδώκατε, καὶ δόλῳ κρατῆσαί με ἠθελήσατε· διὰ τοῦτο ἀνεχώρησα. ὁ δὲ Μασαλμᾶς ὑπερβὰς ἦν τὰς κλεισούρας, ὁ δὲ Σουλεϊμὰν τοῦτο οὐκ ἔγνω. ἐστασίασαν δὲ οἱ ἀμηραῖοι καὶ ὁ λαὸς κατὰ τοῦ D Σουλεϊμάν, ὅτι τί παρακαθεζόμεθα τὰ τείχη ταῦτα καὶ οὐ κουρσεύομεν; καὶ ἐκστρέψαντες τὰς τένδας ἀνεχώρησαν. ὁ δὲ στρατηγὸς Νικαίαν τὸν Τουρμάρχην μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰσήνεγκεν εἰς τὸ Ἀμώριον ἐκβαλὼν τὸν πλεῖστα γυναικόπαιδα. καὶ ἀπέρχεται αὐτὸς εἰς Πισιδίαν. τοῦ δὲ Μασαλμᾶ ἐλθόντος εἰς Καππαδοκίαν, ἀπογνόντες ἑαυτῶν οἱ Καππαδόκαι ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν παρακαλοῦντες αὐτὸν λαβεῖν αὐτούς. ἀκούων δὲ ὁ Μασαλμᾶς τὴν ἔχθραν ἣν εἶχεν Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν στρατηγόν, βουλόμενος τοῦτον δελεάσαι, καὶ εἰρηνεῦσαι μετ' αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν Ῥω- P. 326 μανίαν ὑποτάξαι, λέγει αὐτοῖς· οὐκ ἐστε τοῦ στρατηγοῦ; οἱ δὲ εἶπον· ναί. ποιεῖτε εἴ τι ποιεῖ ἐκεῖνος; ὅτι ναί. τότε λέ-

6. διὰ τοῦτο A, καὶ διὰ τ. vulg. 7. Σουλεϊμὰν add. ex A. 8. Ἀμηραῖοι A, Ἀμωρραῖοι vulg. τοῦ add. ex A. 9. ταῦτα om. A. 10. ἐκστρέψαντες A, ἐκτρέψ. vulg. 14. εἰς Καππαδοκίαν A, ἐν Καππαδοκίᾳ vulg. 15. Καππάδοκες A.

dedissent, nobis tamen manus iniicere in animo habuerunt, et nobis iniurie detentis rem Christianam affligere; ex nostris nihilo secius hominibus vel etiam animantibus, quos secum habebant, nullum detinuere. ad passuum itaque decem millia digressus, castra metatus est. postera vero die stratorum suorum domestico ad eos delegato haec denunciat: vos praeter datam nobis fidem manus nobis iniicere consiliabamini: haec mei a vobis discessus causa extitit. Masalmas porro iam montium fauces transgressum ignorabat. amerael autem et milites tumultu adversus Sulimanem excitato: ut quid moenibus istis circumvallandis insistimus, ac non potius in praedam colligendam excurrimus? eversis igitur tentoriis abscesserunt. interea dux Nicaeam turmarum ductorem Amorium expulsis inde mulieribus ac pueris quam plurimis introducit, ipse Pisidiam contendit. porro cum Masalmas Cappadociam penetrasset, Cappadoces de rebus suis desperantes ipsum convenerunt, in mancipia ab eo se recipi deprecati, Masalmas autem intellectis, quas in imperatorem Theodosium dux habebat, inimicitiis, cum eum dolis inescare, et pace cum eo ficte composita, eius opera Romanam omnem ditionem subiugare tentaret, Cappadoces interro-

γει αὐτοῖς· ἀπέλθετε ἐν τοῖς καστροις ὑμῶν, καί τινα μὴ φοβηθῆτε. καὶ παρήγγειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ μὴ πραιδεῦσαι ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις τοῦ στρατηγοῦ. ταῦτα γνοὺς ὁ στρατηγός, καὶ ἐννοηθεὶς ὅτι ὁ Σουλεϊμὰν δηλοῖ τῷ Μασαλμᾷ, ὅτι ἀφῆκεν αὐτόν, καὶ ἀνεχώρησεν· ἀπέστειλε γράμματα πρὸς τὸν Μασαλμᾶν περιέχοντα, ὅτι ἐγγύς σου ἐβουλόμην ἐλθεῖν· ἀλλ' ὁ Σουλεϊμὰν ἀπελθόντος μου πρὸς αὐτόν, ἠβουλήθη κρατῆσαί με, καὶ νῦν φοβοῦμαι ἐλθεῖν πρὸς σέ. λέγει οὖν ὁ B Μασαλμᾶς τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ στρατηγοῦ· οἶδα ὅτι ἐμπαίζει μοι ὁ στρατηγός διὰ τὸ ὅλως μὴ πραιδεῦσαί με τὰς ἐπαρχίας αὐτοῦ. λέγει αὐτῷ ὁ ἄνθρωπος τοῦ στρατηγοῦ· οὐκ ἔστιν οὕτως· ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ σοι γράφει. τότε ἠρωτᾷ· τὸ Ἀμώριον πῶς ἐστὶν ἐγγὺς αὐτοῦ; ἔφη· καλῶς, καὶ ἐν ὑποταγῇ αὐτοῦ. ὀξυνθεὶς δὲ ὕβρισεν αὐτόν, εἰπών· τί ψεύδῃ; ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὡς εἶπον, οὕτως ἐστίν, καὶ ταξάτους ἔβαλεν μετὰ καὶ τουρμάρχου ἐν αὐτῷ· καὶ ἐξήγαγε τὰς περισσὰς φαμιλίας. θλῖψιν οὖν μεγάλην δεξάμενος περὶ τούτου ὁ Μασαλμᾶς, καὶ θυμωθεὶς ἐδίωξεν αὐτόν. βουλὴν γὰρ εἶχεν διὰ τοῦ καλοκαιρίου λαβεῖν αὐτό, καὶ ἐκδέξασθαι τὸν C στόλον, καὶ οὕτω ἐπὶ τὴν Ἀσίαν κατελθεῖν καὶ χειμάσαι.

2. τὸν λαὸν A f, τοῦ λαοῦ a. 6. περιέχοντα om. A. περ. ὅτι — — Σουλεϊμὰν om. a. 10. μοι] με A f. 11. αὐτῷ add. ex A. 20. κατελθεῖν A a, ἐλθεῖν vulg.

gat: an non ducis partes defenditis? illis assentientibus, facitis, ait, quicquid ille molitur? facimus, inquiunt. tum ille, recipite vos, respondet, in castra vestra, nec quenquam timueritis. ne vero exercitus ex quavis ducis provincia praedam ageret edicto prohibuit. his cognitis, quod se colloquioque dimisso fugerit, Sulimanem Masalmae litteris significasse, dux contemplatus, ipse Masalmae in hanc sententiam scripsit: ad te venire cupientem Suliman deterruit; ad eum quippe bona fide profecto manus iniicere tentavit; nunc itaque ad te accedere vereor. ducis nuncio Masalmas respondet: ducem mihi illudere ne in eius provincias excurram certus sum. ad haec ducis nuncius: nequaquam, sed sincero mentis proposito scribit. tunc ille: qui sunt in eum Amoriensium affectus? dixit nuncius: aequi bonique, cuncti lubentes ei se subdunt. ille subito irae motu correptus, contumeliis nuncium impetens, quid mentiris? ait. ad illum nuncius: ita, ut dixi, se res habet. praesidiarios milites, et eorum ductorem immisit in urbem, quasque reperit inutiles familias eiecit. Masalmas tristi eo nuncio consternatus, cum indignatione nuncium a se amovit. ea namque aestate urbem subiugare, classem expectare, et mox in Asiam profectum in ea hiberna tempestate morari decre-

πάλιν οὖν ζητήσας τὸν ἄνθρωπον τοῦ στρατηγοῦ, ἐπανακρίνει αὐτόν. ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐνωμότως ἔφη, ὅτι πάντα ἅπερ λέγω σοι ἀληθῆ ὑπάρχει. ἀλλὰ καὶ χίλιοι ταξάτοι σὺν τῷ τουρμάρχῃ ἐκεῖ εἰσῆλθον· πᾶσαν δὲ ὕπαρξιν τῶν ἐκεῖσε καὶ τὰς ἀπόρους φαμιλίας ἐξήγαγεν τῶν ἐκεῖ. ταῦτα ἀκούσας γράφει τῷ στρατηγῷ, ὅτι ἐλθὲ ἐγγύς μου, καὶ εἰρηνεύσω μετὰ σοῦ, καὶ πάντα ὡς θέλεις ποιῶ. θεωρήσας δὲ ὁ στρατηγὸς ὅτι ἐπὶ Μασσαλαιῶν ἐπλησίασεν, καὶ ὅτι ἐν ἄλλαις πέντε ἡμέραις παρέρχεται τὰς ἐπαρχίας αὐτοῦ, πέμπει πρὸς
D αὐτὸν δύο ὑπάτους, καὶ δηλοῖ αὐτῷ, ὅτι τὰ γράμματά σου ἐδεξάμην καὶ τὴν προαίρεσίν σου ἀπεδεξάμην, καὶ ἰδοὺ ἔρχομαι πρὸς σέ. ἀλλ' ὡς ἐπίστασαι, στρατηγός εἰμι, καὶ χρήματα, καὶ ἄργυρος, καὶ λαός μοι ἔχει ἀκολουθῆσαι. πέμψον
V. 260 μοι περὶ ἑκάστου λόγον. καὶ εἰ μέν, καθὼς ἐπιζητῶ ἐξ ὑμῶν, γένηται τὸ πρᾶγμά μου εὖ καὶ καλῶς, ἐπεὶ κἂν ἀζήμιος καὶ ἄθλιπτος ἐπανελεύσομαι. τῶν οὖν ὑπάτων καταφθασάντων αὐτὸν εἰς Θεοδοσιανά, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ Μασαλμᾶς· ᾔδειν ὅτι ἐμπαίζει μοι ὁ στρατηγὸς ὑμῶν. ἐκεῖνοι δὲ ἔφησαν· μὴ γένοιτο. τότε πεποιηκὼς ὃν ἐπεζήτησαν λόγον, ἀπολύει αὐτούς. ἐν ὅσῳ οὖν οἱ ὑπάτοι μετὰ τοῦ ἐνυπογράφου λόγου

2. ἐνωμότως A, ἐνομ. vulg. 3. ὑπάρχει] εἰσὶν A. 6. εἰρηνεύω A. 8. Μασαλαίων A, Μασσαλαίων a. 11. καὶ τὴν πρ. σου ἀπεδεξάμην add. ex A. 14. καθὼς A, ὡς vulg. 15. μου add. ex A. 16. ἄθλιπτος A, ἄθλιβος vulg. 18. μοι] με A f. 20. μετὰ τοῦ A a, μετ' αὐτοῦ vulg.

verat. iterum igitur ducis nuncium interrogat, et accuratius ab eo sciscitatur, ad quem ille iuratus ait: quae enunciavi cuncta vera sunt, quin etiam mille praesidarii milites sub turmarcha urbem defendunt, omnes vero oppidanorum pretiosas facultates, et familias ex egestate onus urbi allaturas inde eduxit. his auditis, ad ducem rescribit: accede ad me, pacem tecum inibo, et pro arbitratu tuo cuncta conficiam. dux Massalaeum eum iam pervenisse animo perpendens, et intra quinque alios dies provincias omnes pertransiturum praesentiens, per duos consules ad eum missos significat: litteris tuis acceptis, ad te mox profecturus sum. verum quia ducem esse me novisti, impedimenta, facultates, argenteam supellectilem et exercitum in comitatu esse simul noveris. cunctis cautum fide tua volo. et si quidem pro libito res successerit, bene et feliciter, sin minus, citra periculum et animi moerorem ad meos redibo. porro consulibus ad Theodosiana Masalmam convenientibus, ipse dixit: ducem vestrum mihi illudere certus sum. at illi, absit omnino, responderunt. Masalmas vero cautione, quam a se petierant, tradita, eos di-

πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀπήρχοντο, ὁ Μασαλμᾶς πλήθη πάμπολλα P. 327
ἔχων, καὶ μὴ δυνάμενος πώποτε στῆναι, παραγίνεται εἰς Ἀκρωϊνόν. ἰδὼν δὲ ὁ στρατηγὸς ὅτι παρῆλθε τὰς ἐπαρχίας αὐτοῦ, ἐπὶ τὴν Νικομήδειαν ἀπέρχεται. περιτυχὼν δὲ τὸν Θεοδοσίου υἱόν, χειροῦται αὐτὸν μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας καὶ τῶν ἐν τέλει ἀνδρῶν τοῦ παλατίου. ὁ δὲ Μασαλμᾶς κατελθὼν εἰς Ἀσίαν ἐκεῖ παρεχείμασεν, καὶ Οὖμαρος ἐν Κιλικίᾳ. ὁ δὲ στρατηγὸς παραλαβὼν τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως, καὶ συμβουλευσάμενος τοῖς σὺν αὐτῷ ἔρχεται εἰς Χρυσόπολιν. γνοὺς δὲ ὁ Θεοδόσιος τὰ πραχθέντα, καὶ βουλευσάμενος Γερμανὸν τὸν πατριάρχην καὶ τὴν σύγκλητον, ἔλαβεν λόγον διὰ τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου παρὰ Λέοντος τῆς αὐ- B
τοῦ ἀβλαβείας, καὶ οὕτως ἐγχειρίζει αὐτῷ τὴν βασιλείαν. Θεοδόσιος δὲ σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ κληρικοὶ γεγονότες τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς αὐτῶν ἐν εἰρήνῃ διῆξαν. ἐλθὼν δὲ Μασαλμᾶς ἐν τῇ Περγάμῳ ταύτην παρεκάθισεν, καὶ παραχωρήσει θεοῦ ταύτην παρέλαβεν ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας. εἰσηγήσεσι γάρ τινας μάγου ἐνεγκόντες οἱ τῆς πόλεως ἔγκυον γυναῖκα πρὸς τὸ τεκεῖν οὖσαν, ταύτην ἀνέτεμον· καὶ λαβόντες τὸ βρέφος, καὶ ἐπὶ κακκάβου ἑψήσαντες, εἰς τὴν τοιαύτην θεοβδέλυκτον θυσίαν πάντες οἱ πολεμεῖν βουλόμενοι τὰ μανί-

2. πώποτε A, ποτὲ vulg. 4. τοῦ Θεοδ. A. 5. αὐτὸν A, τοῦτον vulg. 10. ὁ add. ex A. 18. ἐνεγκόντες add. ex A. 20. ἑψήσαντες A, ὀψήσαντες vulg.

mittit. ipsis itaque cum scripto fidei datae teste in itinere positis, ut erat Masalmas copioso stipatus exercitu, nec poterat alieno invadendo modum ponere, Acroinum armis aggreditur. dux autem ubi eum suarum provinciarum limites praetergredi vidit, Nicomediam se contulit, ac Theodosii filium cum omni imperatorio apparatu et palatii optimatibus forte obviam factum in potestatem accipit. Masalmas subinde declinans in Asiam, in ea hiberna duxit, et Umarus pariter in Cilicia. dux autem imperatoris filio secum ducto, et communicato cum suis consilio, Chrysopolim accedit. Theodosius de iis, quae gesta erant, certior factus, requisita Germani patriarchae et senatus sententia, a Leone, qui hoc in tractatu patriarcham admiserat sequestrem, immunitatis et salutis fidem accipit, atque ita imperio se abdicat, et Leoni [illegible]dit, et tum ipse tum filius quoque clericorum albo adscripti, reliquum vitae tempus in pace transegere. Masalmas Pergamum veniens, eam obsidione cinxit, et dei permissu, ut diaboli opera, urbem cepit. magi quippe nonnullius suasibus praegnantem mulierem ac iam partui propinquam comprehensam mediam dissecuere, detractumque utero puerum cacabo elixantes, quicumque arma susci-

κια τῆς δεξιᾶς χεῖρος αὐτῶν κατέβαψαν, καὶ ἐντεῦθεν τοῖς
C ἐχθροῖς παρεδόθησαν.

A.M. 6209 Ῥωμαίων βασιλέως Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Λέων ἐβασίλευσεν ἐκ τῆς Γερμανικίων καταγόμενος, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἐκ τῆς Ἰσαυρίας. ὑπὸ δὲ Ἰου-
στινιανοῦ βασιλέως σὺν τοῖς γονεῦσι μετοικίζεται ἐν Μεσημ-
βρίᾳ τῆς Θρᾴκης ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ βασιλείᾳ· ἐν δὲ τῇ
D δευτέρᾳ αὐτοῦ βασιλείᾳ ἐρχομένου αὐτοῦ μετὰ τῶν Βουλγά-
ρων, ὑπήντησεν αὐτῷ μετὰ δώρων προβάτων πεντακοσίων. Θε-
ραπευθεὶς δὲ ὁ Ἰουστινιανὸς σπαθάριον εὐθέως αὐτὸν πεποίη-
κεν, καὶ εἶχεν αὐτὸν ὡς γνήσιον φίλον. φθόνῳ δὲ φερόμε-
νοί τινες πρὸς αὐτὸν διέβαλλον αὐτόν, ὡς τῆς βασιλείας ὀρε-
γόμενον. ζητήσεως δὲ γενομένης περὶ τούτου, ὡς συκοφάν-
ται κατῃσχύνθησαν. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος ἔκτοτε ἤρξατο ὑπὸ
πολλῶν λαλεῖσθαι. ὁ οὖν Ἰουστινιανὸς εἰ καὶ προφανῶς τοῦ-
τον βλάψαι οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' οὖν βρόμος τις αὐτῷ κατ'
αὐτοῦ ἐντίθεται, καὶ ἀποστέλλει αὐτὸν ἐν Ἀλανίᾳ μετὰ χρη-
μάτων πρὸς τὸ συγκινῆσαι τοὺς Ἀλανοὺς κατὰ Ἀβασγίαν
P. 328 καὶ Λαζικὴν καὶ Ἰβηρίαν. ὁ δὲ ἀπελθὼν ἐν τῇ Λαζικῇ, τὰ
μὲν χρήματα ἀπέθετο ἐν τῷ Φάσιδι, ὀλίγους δὲ λαβὼν τῶν
ἐντοπίων ἀπῆλθεν εἰς Δαφίλειαν, καὶ ὑπερβὰς τὰ Καυκάσια

4. Γερμανικαίων A. 7. ἐν τῇ A, ἐπὶ τῇ vulg. 11. ἔσχεν A.
21. Δαψηλίαν A.

pere proposuerant, manus dexterae manicas in sacrificium illud deo execrandum intinxere. eam ob rem in hostium potestatem venere.

A. C. 709 Romanorum imperatoris Leonis Isauri annus primus.

Hoc anno Leo Germanicia, seu verius Isauria oriundus imperium obtinuit. hic una cum parentibus e natali solo in Thraciae Mesembriam ab imperatore Iustiniano translatus fuit primi eius imperii temporibus, eodem vero secundo imperante, quando cum Bulgaris nimirum reversus est, ipse Leo obviam progressus quingentarum ovium ad eum munus misit: quo Iustinianus delinitus, spatharium mox creatum in sinceriorum amicorum numerum adlegit. hinc invidia conciti nonnulli ipsum affectatae tyrannidis apud Iustinianum accusaverunt, verum instituta rei discussione, isti velut calumniatores cum rubore retro amandati sunt. is sane rumor ex eo tempore a plerisque divulgari coepit. Iustinianus autem licet ei palam nocere nollet, secreta tamen indignatio animum eius incessit, quare ipsum cum ingenti pecunia in Alaniam delegavit, ut Alanos in Abasgiam et Lazicen et Iberiam concitaret. ille Lazicam profectus pecuniam quidem in Phaside reposuit, et paucis indigenis secum abductis in Dapsilium se contulit, ac deinde Caucaseis montibus superatis, in Alaniam conten-

ἔρη, ἦλθεν ἐν Ἀλανίᾳ. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς θέλων ἀπολέσαι V. 261
αὐτόν, πέμψας ἐπήρε τὰ χρήματα ἐκ τοῦ Φάσιδος· οἱ δὲ
Ἀλανοὶ τὸν σπαθάριον μετὰ πάσης τιμῆς δεξάμενοι, καὶ τῶν
λόγων αὐτοῦ ὑπακούσαντες, εἰσῆλθον καὶ ᾐχμαλώτευσαν τὴν
Ἀβασγίαν. ὁ δὲ τῶν Ἀβασγῶν κύριος δηλοῖ τοῖς Ἀλανοῖς, B
ὅτι ὡς εὑρίσκω ἄλλον τοιοῦτον ψεύστην οὐκ εἶχεν Ἰουστινια-
νός, ὃν ὤφειλεν ἀπολῦσαι καὶ συγκινῆσαι ἡμᾶς καθ' ὑμῶν
τῶν γειτόνων ἡμῶν, εἰ μὴ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον. ἐψεύσατο
γὰρ ἡμᾶς καὶ περὶ τὴν ὑπόσχεσιν τῶν χρημάτων· πέμψας
γὰρ Ἰουστινιανὸς ταῦτα ἐπήρεν. ἀλλὰ δότε ἡμῖν αὐτόν, καὶ
παρέχομεν ὑμῖν τρισχίλια νομίσματα, καὶ ἡ ἀπ' ἀρχῆς ἡμῶν
ἀγάπη μὴ διαλυθῇ. οἱ δὲ Ἀλανοὶ εἶπον, ὅτι ἡμεῖς οὐχ ἕνε-
κεν χρημάτων ὑπηκούσαμεν αὐτῷ, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ βασι-
λέως ἀγάπην. πάλιν δὲ οἱ Ἀβασγοὶ πέμπουσι πρὸς αὐτοὺς
λέγοντες, ὅτι δότε ἡμῖν αὐτόν, καὶ παρέχομεν ὑμῖν ἑξακισχί- C
λια νομίσματα. οἱ δὲ Ἀλανοὶ θέλοντες καταμαθεῖν τὴν χώ-
ραν τῶν Ἀβασγῶν, συνέθεντο λαβεῖν τὰ ἑξακισχίλια νομί-
σματα, καὶ δοῦναι τὸν σπαθάριον. οἱ δὲ Ἀλανοὶ ἐθάρρη-
σαν τῷ σπαθαρίῳ πάντα, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι ὡς ὁρᾷς
ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ Ῥωμανίαν ἄγουσα κεκλεισμένη ἐστίν, καὶ πῶς
παρελθεῖν οὐκ ἔχεις· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τροπευσώμεθα καὶ

3. τὸν λόγον A. 4. εἰσῆλθον A e, ἦλθον vulg. 5. τῶν add. ex A. 6. τοιοῦτον add. ex A. 11. ἡ add. ex A. 19. πάντα add. ex A. 21. ἀλλὰ καὶ A, ἀλλὰ vulg.

dit. at cum perniciem ipsi inferre Iustinianus meditaretur, qui pecuniam ab ipso in Phaside repositam tolleret, misit. Alani vero spathario cum honore suscepto, verbisque eius obedientes, irruptione in Abasgiam facta, provinciam omnem in servitutem miserunt. tunc Abasgorum dominus Alanis in haec verba significat: virum, si bene coniicio, mendaciis confingendis aptiorem, praeter istum, qui mutuam inter nos loco patriaque vicinos dissensionem excitaret, quem mitteret, haud reperit. sane ille nobis imposuit, maxime cum pecuniarum promissa nobis primum obtulit, pecunias ipsas mandato suo Iustinianus recepit. verum tradite nobis illum et nummorum tria millia vobis exhibebimus, et quam ab antiquo habuimus pacem non violabimus. responderunt Alani: non gratia pecuniarum, sed ex eo, quem ad imperatorem fovemus affectu, viro parere non recusavimus. Abasgi iterum ad eos delegaverunt, qui dicerent: tradite nobis illum, et nummorum sex millia rependemus. Alani Abasgorum regiones explorare consiliati, nummorum sex millia accipere, et spatharium Abasgorum manibus permittere pacti sunt. communicato subinde spathario consilii secreto, his eum verbis compellant: via qua Ro-

συνταξώμεθα αὐτοῖς, ὅτι παραδίδομέν σε, καὶ ἀπολύομεν ἅμα τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῦς ἡμῶν, καὶ καταμανθάνομεν τὰς κλεισούρας αὐτῶν, καὶ κουρσεύομεν, καὶ ἀφανίζομεν τὴν χώραν αὐτῶν, ποιοῦμεν τὴν θεραπείαν ἡμῶν. τῶν δὲ ἀποκρισιαρίων τῶν Ἀλανῶν ἀπελθόντων εἰς Ἀβασγίαν καὶ συνθεμένων παραδίδειν τὸν σπαθάριον, πλεῖστα ξένια παρ' αὐτῶν εἰλήφασι· καὶ πλείονας ἀποκρισιαρίους πάλιν ἀποστέλλουσιν μετὰ καὶ τῆς ποσότητος τοῦ χρυσίου πρὸς τὸ παραλαβεῖν τὸν σπαθάριον. οἱ δὲ Ἀλανοὶ λέγουσι τῷ σπαθαρίῳ, ὅτι οἱ ἄνθρωποι οὗτοι, καθὼς καὶ προείπομεν, ἐπὶ τὸ λαβεῖν σε παρεγένοντο, καὶ ἡ Ἀβασγία ἐκδέχεταί σε. καὶ ἐπεὶ πλησιάζομεν αὐτοῖς, πραγματευταὶ ἀπερχόμενοι πρὸς αὐτοὺς οὐ διαλείπουσιν. λοιπὸν ἵνα μὴ διαβληθῇ ὁ σκοπὸς ἡμῶν, παραδώσομέν σε φανερῶς καὶ ἀποκινούντων αὐτῶν, ἀπολύσομεν κρυπτῶς ἐκ τῶν ὀπίσω, καὶ ἐκείνους μὲν ἀποκτείνομεν, σὲ δὲ κρύπτομεν, ἕως ἂν σωρευθῇ ὁ λαὸς ἡμῶν καὶ ἀσυμφώνως εἰσέλθωμεν ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. ὃ καὶ γέγονεν. παραλαβόντες δὲ τῶν Ἀβασγῶν ἀποκρισιάριοι τὸν σπαθάριον σὺν τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῦ, δήσαν-

4. ποιοῦμεν A, ποιῶμεν vulg. 5. παραδιδόναι A. 8. παραλαβεῖν A, λαβεῖν vulg. 10. καθὼς καὶ A, καθὼς vulg. 14. ἀπολύσομεν A, ἀπολύομεν vulg. 15. ἀποκτένομεν A, ἀποκτένομεν a f. σὲ δὲ A, καὶ σὲ vulg. 17. παραλαβόντες δὲ A, παραλαμβάνοντες γὰρ vulg.

manam in ditionem itur undequaque, ut cernis, interclusa est, nec istinc digredi tibi facile conceditur. quare cum hostibus dolo nobis agendum. nos itaque tradituros te ipsis ficte conveniamus, tum vero te cum quibusdam e nostris misso, clusurarum, quae apud illos sunt, anfractus explorabimus, et impetu demum in eos facto per eorum regiones grassati, quod obvium fiet, vastabimus, atque ita, quae e re nostra sunt, promovebimus. Alanorum igitur apocrisiarii in Abasgiam profecti, et spatharium tradituros pacti, plurima ab ipsis retulerunt munera. Abasgi subinde plures e suis cum eisdem apocrisiarios delegarunt, qui promissam auri summam enumerarent, et spatharium reciperent. tum vero Alani ad spatharium: homines isti, inquiunt, te sibi traditum, ut monuimus, comprehensuri venerunt, et iam te vinctum Abasgia tota praestolatur. ad eos vero, ceu provinciae nostrae conterminos, mercatores e nostris saepius itare et transire noveris. quare ne consilium a nobis arreptum in crimen vertatur, in manus eorum manifeste trademus te, illisque te secum rapientibus ex ultimo nostrorum agmine quosdam occulte summittemus, qui eos armis adoriantur et occidant: te vero, donec exercitus noster in terram eorum pacis omni foedere soluto irrupturus colligatur, ab oculis secreto removendum noveris. consilio res successit. capto si-

τες αὐτοὺς ἀπήρχοντο· καταλαβόντες δὲ ἐκ τῶν ὄπισθεν οἱ Ἀλανοὶ σὺν τῷ Ἰτάζῃ τῷ κυρίῳ αὐτῶν ἀποκτέννουσι τοὺς Ἀβασγούς· τὸν δὲ σπαθάριον ἔκρυψαν, καὶ στρατολογήσας ἐκίνησεν κατὰ Ἀβασγίας, καὶ ἀπροσδοκήτως εἰσελθὼν τὰς κλεισούρας πλείστην αἰχμαλωσίαν καὶ ἀφανισμὸν εἰς τοὺς Ἀβασγοὺς ἀπειργάσατο. ἀκούσας δὲ ταῦτα Ἰουστινιανός, ὅτι καὶ χωρὶς τῶν χρημάτων τὰ τῆς ἐπιτροπῆς αὐτοῦ γέγονεν, πέμπει γράμματα πρὸς τοὺς Ἀβασγούς, ὅτι ἐὰν διασώσητε τὸν σπαθάριον ἡμῶν, καὶ παρελθεῖν ἐάσητε δι' ὑμῶν ἀβλαβῆ, πάντα τὰ πταίσματα ὑμῶν συγχωροῦμεν ὑμῖν. οἱ δὲ μετὰ χαρᾶς ταῦτα δεξάμενοι, ἀπέστειλαν πάλιν εἰς Ἀλανίαν, λέγοντες, ὅτι δίδομεν ὑμῖν ὄψιδας τὰ τέκνα ἡμῶν, καὶ δότε ἡμῖν τὸν σπαθάριον, ἵνα ἀπολύσωμεν αὐτὸν πρὸς Ἰουστινιανόν. ὁ δὲ σπαθάριος τοῦτο οὐ κατεδέξατο, εἰπών, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἀνοῖξαί μοι θύραν τοῦ ἐξελθεῖν· ἐπεὶ δι' Ἀβασγίας οὐκ ἐξέρχομαι. μετὰ δὲ χρόνον τινὰ φοσσάτον Ῥωμαίων καὶ Ἀρμενίων εἰσελθόντων ἐν Λαζικῇ καὶ τὴν Ἀρχαιόπολιν πολιορκούντων, ἀκουσάντων τε τὴν τῶν Σαρακηνῶν ἔλευσιν, ἀνεχώρησαν. ἀποσπασθέντες δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἕως τῶν διακοσίων, ἀνῆλθον ἐν τοῖς μέρεσιν Ἀψιλίας καὶ τῶν Καυκα-

B V. 262 C

parae adversariis, Constantinus Constantinum monachum, qui Sylaei episcopus fuerat, manu tenens conscendit ambonem, et clara elataque voce votis conceptis bene precatus, Constantino, inquit, oecumenico patriarchae multi anni. et vicesimo septimo mensis Augusti imperator in forum progressus cum sacrilego Constantino et reliquis episcopis, qui omnes pravam suam haeresim coram universo populo promulgaverunt, et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Ioannem Chrysorrhoam Mansuris filium, viros sanctos et venerandos doctores anathemate ferire ausi sunt.

A.C. 746 Cpoleos episcopi Constantini annus primus.

Hoc anno Muamed, qui Abulabas etiam dictus, moritur, postquam principatu potitus est annos quinque. Abdellas autem frater eius in loco blasphemiae eorum dicato Mecha oppido morabatur. is ad Abumuslim, qui in Persia degebat, scribit, ut sibi principatus partem, quae sorte obtigerat, servaret. hic ex adverso Abdellam filium Ali, Salem vero Syri supremi ducis fratrem principatum sibi procari cognoscens, ac ideo in Persiam, ut eam sibi subiiciat, accedere, Persis tamen adversari, et in Syriae incolas propendere, qui etiam cum eo

Τυάνην, καὶ νικήσας αὐτὸν ὁ Ἀβουσαλὶμ πολλοὺς ἔκτεινεν. ἦσαν γὰρ οἱ πλείους Σκλάβοι καὶ Ἀντιοχεῖς. ὁ δὲ Ἀβδελλᾶς μόνος περισωθείς, μετ' ὀλίγας ἡμέρας ᾔτήσατο λόγους λαβεῖν παρὰ τοῦ ἄλλου Ἀβδελλᾶ, τοῦ ἀδελφοῦ Μουαμέδ, καταλαβόντος σπουδῇ πολλῇ τὴν Περσικὴν ἐκ τοῦ Μάκχα· ὃν τινα φρουρήσας ἐν οἰκίσκῳ σαθρῷ, καὶ κατορυχθῆναι προστάξας τὰ θεμέλια λάθρα, τοῦτον ἀπέκτεινεν. τὸν δὲ Ἀβουμουσαλὶμ μηνιῶντα κατὰ τῆς Συρίας Ἀράβων, ὡς ἐπαναστάντων B τοῖς Μαυροφόροις, καὶ πολλοὺς κατὰ τὴν Παλαιστίνην καὶ Ἔμεσαν καὶ τὴν παραλίαν ἑλόντων, ἐπελθεῖν τε αὐτοῖς μελετῶντα, μετὰ τῶν στρατευμάτων ἐκώλυσεν. ὁ δὲ ὀργισθεὶς τῷ Ἀβδελλᾷ πρὸς τὴν ἐνδοτέραν Περσίδα ὥρμησεν σὺν τῷ πλήθει, ὃν δειλιάσας σφόδρα μεταστέλλεται αὐτὸν πιθανολογίαις καὶ παρακλήσεσι, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς μυσαροῖς συμβόλοις τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, φημὶ δὴ τῇ ῥάβδῳ καὶ τοῖς σανδαλίοις τοῦ ψευδοπροφήτου Μουαμέδ, ἐξαιτῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς C ἐκκλῖναι πρὸς αὐτόν, ὅπως αὐτῷ τὴν πατρὶ πρέπουσαν εὐχαριστίαν ἀπονείμῃ. ὁ δὲ ἀπατηθείς, παραγίνεται σὺν χιλιάσιν ἱππέων ρ', ἑνωθείς τε αὐτῷ πτείνεται ὑπ' αὐτοῦ χερσὶν ἰδί-

5. Μακκὰ A, Μέκκα e f. 10. τὴν add. ex A. μελετῶντα A, μελετῶντας f, μελετώντων vulg. 12. ἐνδοτέραν A, δευτέραν vulg. 14. συμβούλοις A. 16. μιᾶς om. A.

belli societatem inierant, de his certus, Syriae copias in eum concitat, et ad Tyanam consertis invicem manibus, ex contraria parte pluribus occisis, Abusalim victor remansit. etenim plerique Sclavi erant atque Antiocheni. Abdellas solus superstes et incolumis, post dies aliquot fidem sibi dari petiit ab alio Abdella Muamed fratre, qui e Mecha profectus in Persiam festine properaverat. hic illum in domo ruinam minante inclusum, fundamentis latentes effodi iussis, interfecit; Abusbulim vero adversus Arabes Syriae ferocientem et minas iactantem, utpote qui Maurophororum rebellione inita iugum excussissent, multosque eorum per Palaestinam, Emesenos agros, et maritima loca sustulissent, et iam arma in illos parantem, exercitus copiis in eum eductis, repressit. is Abdellae infensus, cum totis agminibus in secundam Persiam irruit. quare metu perculsus Abdellas ipsum verborum lenocinio precumque blanditiis revocavit, ac ipsis etiam imperii sui symbolis execrandis, virga, inquam, atque sandaliis falsi prophetae sui Muamed ad eum summissis, ab eo contendens, ut unius saltem diei itinere ad se divertere dignaretur, ut ei tanquam patri debitum grati animi officium persolveret. ille lenociniis huiusmodi inescatus, equitibus centum millibus secum eductis, ad eum venit, utriusque vero copiis ad invicem coniunctis, propriis eius, qui voca-

αις. οἱ δὲ ὄχλοι σκεδασθέντες αὐθημερὸν ᾤχοντο, φιλοτιμίαις οὐκ εὐαριθμήτοις ἐφοδιασθέντες. καὶ οὕτω τὰ τῆς ἀρχῆς τῷ Ἀβδελλᾷ διευθύνεται.

A.M. 6247 *Ἀράβων ἀρχηγοῦ Ἀβδελλᾶ, Ῥώμης ἐπισκόπου Παύλου ἔτος α'.*

V. 287 *Τούτῳ τῷ ἔτει Νικήτας ὁ Ἡλιουπόλεως ἀνεθεματίσθη*
D *ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πάσης. ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Σύρους τε καὶ Ἀρμενίους, οὓς ἤγαγεν ἀπὸ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Μελιτινῆς, εἰς τὴν Θρᾴκην μετῴκισεν, ἐξ ὧν ἐπλατύνθη ἡ αἵρεσις τῶν Παυλικιανῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ πόλει, ὀλιγωθέντων τῶν οἰκητόρων αὐτῆς ἐκ τοῦ θανατικοῦ, ἤνεγκεν συμφαμίλους ἐκ τῶν νήσων καὶ Ἑλλάδος καὶ τῶν κατωτικῶν μερῶν, καὶ ἐποίησεν κατοικῆσαι τὴν πόλιν καὶ κατεπύκνωσεν αὐτήν. τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ ἐζήτησαν οἱ Βούλγαροι πάκτα διὰ τὰ κτισθέντα κάστρα· καὶ τοῦ βασιλέως ἀτιμάσαντος τὸν*
P. 361 *ἀποκρισιάριον αὐτῶν, ἐξῆλθον φοσσατικῶς, καὶ ἦλθον ἕως τοῦ μακροῦ τείχους, κατὰ τῆς βασιλίδος πόλεως τὴν ὁρμὴν ποιησάμενοι. πολλὴν οὖν ἅλωσιν ἐργασάμενοι καὶ αἰχμαλωσίαν λαβόντες, ὑπέστρεψαν ἀβλαβεῖς εἰς τὰ ἴδια.*

A.M. 6248 *Τούτῳ τῷ ἔτει σεισμὸς γέγονεν κατὰ τὴν Παλαιστίνην*

2. *οὐκ εὐαρ.* A, *ἀναρ.* vulg. 3. *τῷ Ἀβδελλᾷ διευθύνεται* A, *τοῦ Ἀβδελᾶ δεύθυνεν* vulg. 9. *τὴν* add. ex A. *ἐπλατύνθη* A, *ἐπληθύνθη* vulg. 12. *συμφαμίλους* A a, *συμφαμίλλους* vulg. 16. *αὐτῶν* add. ex A. 20. *Τούτῳ τῷ* A, *τῷ δ' αὐτῷ* vulg.

verat, manibus interficitur. turmae autem dissipatae summis licet honoribus cumulatae reditum eodem die susceperunt. hic fuit Abdellae imperii ordo.

A. C. 747 Arabum ducis Abdellae, Romae episcopi Pauli annus primus.

Hoc anno Nicetas Heliopoleos episcopus ab universo ecclesiae coetu anathemate percussus est. imperator autem Constantinus, quos Theodosiopoli et Melitine Syros et Armenios eduxit, in Thraciam transtulit, quibus Paulicianorum haeresis aucta est. urbe pariter tota civibus peste sublatis destituta, ex insulis, Graecia, et inferioribus aliis regionibus incolas alios cum integris etiam familiis asportatos, ut eam habitarent, transtulit, atque ita civibus ut prius refertam ac populosam reddidit. eodem etiam anno Bulgari ob nova castra extructa nova quoque pacta postulant. imperatore apocrisiarium eorum spernente, ipsi ignominiam ulturi, ad longum usque murum versus urbem cum exercitu bene instructo irrumpunt, magnaque strage edita, et multitudine captivorum abducta, illaesi et incolumes proprias domos repetunt.

A. C. 748 Hoc anno terrae motus haud levis in Palaestina et Syria contigit

καὶ Συρίαν οὐ μικρὸς μηνὶ Μαρτίῳ ἐννάτῃ. καὶ ἐξωρίσθη Θεόδωρος ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας φθόνῳ τῶν Ἀράβων, διαβληθείς, ὅτι συχνῶς τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ δηλοποιεῖ B τὰ τῶν Ἀράβων διὰ γραμμάτων·, καὶ λοιπὸν ὁ αὐτὸς Σαλὶμ ὑπερόριον τίθησιν εἰς τὴν Μωαβίτιν χώραν πατρίδα τε αὐτοῦ. καὶ ἐπέτρεψεν ὁ αὐτὸς Σαλὶμ μὴ κτίζεσθαι νέας ἐκκλησίας, μηδὲ φανῆναι σταυρόν, μηδὲ δογματίσαι περὶ πίστεως Χριστιανῶν μετὰ Ἀράβων. ἐπεστράτευσε δὲ κατὰ Ῥωμανίας σὺν χιλιάσιν π', καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν Καππαδοκίαν ἤκουσεν Κωνσταντῖνον κατ' αὐτοῦ ὁπλιζόμενον, καὶ φοβηθεὶς ὑπέστρεψεν ἄπρακτος μηδὲν λυμηνάμενος· μόνον δὲ ὀλίγους Ἀρμενίους προσρυέντας αὐτῷ λαβὼν ὑπέστρεψεν. C

Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀβδελλᾶς τὴν φορολογίαν ἐπέτεινεν Χρι- A.M. 6249
στιανοῖς, ὥστε ἅπαντας μοναχούς τε καὶ ἐγκλείστους καὶ κιονίτας τῷ θεῷ εὐαρεστοῦντας φορολογῆσαι· ἐσφράγισεν δὲ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν κειμηλιαρχεῖα, καὶ ἤνεγκεν Ἑβραίους πρὸς τὸ πωλῆσαι αὐτά, καὶ ἠγόρασαν αὐτὰ οἱ ἀπελεύθεροι.

Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνσταντῖνος τὰς κατὰ Μακεδονίαν Σκλα- A.M. 6250
βινίας ᾐχμαλώτευσεν, καὶ τοὺς λοιποὺς ὑποχειρίους ἐποίησεν. D
ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χρόνῳ τινὲς ἐκ τῶν Μαυροφόρων Περσῶν

1. οὐ om. A f. 3. διαβλ. A, καὶ διαβλ. vulg. 4. Σαλὶ A. 8. Χριστιανῶν A, Χριστιανὸν vulg. 15. τῷ θεῷ A, τοὺς τῷ θ. vulg. 17. πληρῶσαι e f.

mensis Martii die nono. Theodorus Antiochiae patriarcha in exilium deportatus est Arabum invidia, qui frequentioribus litteris ad imperatorem Constantinum scriptis res Arabum eum manifestare criminati sunt. quare patriarchatus terminis extorrem in provinciam Moabitidem, quae fuit eius patria, transferendum Salem Arabum dux edixit. idem novas ecclesias nuspiam instaurari, crucem publice videndam non exponi, cum Arabibus de Christianorum fidei dogmatibus neminem disserere lata lege sanxit. armatis hominum octoginta millibus in Romaniam expeditionem suscepit. in Cappadociam autem profectus, ubi Constantinum arma in adversum parare audivit, metu pulsus, re penitus infecta, nullaque illata noxa domum rediit, tantum paucos Armenios sponte ad eius castra transeuntes secum abduxit.

Hoc anno Abdellas imposita Christianis tributa auxit, adeo ut A.C. 749
omnes sive monachi sive inclusi sive columnicolae deo sua vita placiti vectigales describerentur. ecclesiarum quoque sacras penus sigillo suo obseravit, et ad sacra vasa distrahenda emptores Hebraeos induxit; emerunt autem ea liberti.

Hoc anno Constantinus Sclaviniae provincias ad Macedoniam sitas A.C. 750
in servitutem redegit, reliquos vero imperio Romano plane subiici coegit. eodem quoque anno ex Maurophoris Persis nonnulli facultatibus

τῆς μαγικῆς ὄντες θρησκείας, ἀπάτῃ τοῦ διαβόλου κρατούμενοι, πωλήσαντες τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν, καὶ γυμνοὶ ἀνελθόντες εἰς τὰ τείχη, ἔρριπτον ἑαυτούς, ὥστε πετασθῆναι εἰς τὸν οὐρανόν, ὡς ἐνόμιζον. οἱ δὲ μηδὲν ἀξιόλογον τῆς ἐκεῖσε κληρουχίας ἔχοντες, εἰς γῆν ἀνθυπέστρεφον τὰ μέλη συντριβέντες, ὧν τοὺς ἐξάρχοντας τῆς πλάνης Ἀβδελλᾶς ἀνεῖλεν διὰ τοῦ Σαλὶμ κατὰ τὴν Βέρροιαν καὶ Χαλκίδα ὄντας ἀριθμὸν ἕξ.

A.M. 6251 P. 362 V. 288 B Τούτῳ τῷ ἔτει φθόνῳ τοὺς Χριστιανοὺς ἐκώλυσαν Ἄραβες ἐκ τῶν δημοσίων χαρτοθεσίων πρὸς ὀλίγον χρόνον, αὖθις δὲ ἀναγκασθέντες ἐγχειροῦσιν αὐτοῖς τὰ αὐτά, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς γράφειν τὰς ψήφους, καὶ ἐπεστράτευσαν τὴν Ῥωμανίαν, καὶ ἠχμαλώτευσαν πολλούς, καὶ Παῦλον τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀρμενίων πολεμήσαντες εἰς τὸν Μέλαν ἀνεῖλον μετὰ πλήθους στρατοῦ καὶ τεσσεράκοντα δύο ἄνδρας ἐπισήμους δεσμίους ἤγαγον, καὶ κεφαλὰς πολλάς. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπεστράτευσεν τὴν Βουλγαρίαν, καὶ ἐλθὼν εἰς Βερέγαβαν εἰς τὴν κλεισοῦραν, ὑπήντησαν αὐτῷ οἱ Βούλγαροι, καὶ πολλοὺς τῶν αὐτοῦ ἀνεῖλον, ἐν οἷς καὶ Λέοντα πατρίκιον καὶ στρατηγὸν τῶν Θρᾳκησίων, καὶ Λέοντα ἕτερον λογοθέτην τοῦ

5. συντριβέντες A, συντρίβοντες vulg. 11. δὲ add. ex A. 14. Ἀρμενιακῶν A.

distractis, depositisque vestibus nudi, conscensis aedificiorum moenibus, in capita praecipites se agebant, quo, ut magicae superstitionis fallacia decepti, et a diabobo potentius occupati rebantur, in caelum promptius evolarent. illic porro haereditatis et sortis sibi propositae nil aestimabile dignum reportantes, membris omnibus conterendi in terram gravius dilabebantur. huius erroris antesignanos sex numero repertos, quum Berrhoeae, tum in Chalcide, opera Salem Abdellas e medio sustulit.

A. C. 751 Hoc anno a publicis vectigalium actis conficiendis ad breve temporis spatium Saraceni invidia moti Christianos prohibuerunt, rursus autem necessitate compulsi, quod ipsi numeros et summas scribere non possent, eadem eis reposuerunt in manus, et irruptione in Romaniam facta plures abduxerunt captivos, Paulumque Armeniorum ducem, inito ad Melam cum eo certamine, exercitusque partem non contemnendam, quadraginta duobus viris e Romana ditione spectatissimis, pluribusque aliis compedibus astrictis in captivitatem secum abactis, prostraverunt. imperator autem armis in Bulgariam motis, venit Beregabam, at Bulgari ad clusuram obviam facti plurimos ex eius militibus deleverunt, inter quos Leo patricius et Thracensium dux, alter Leo cursus publici logotheta, et ex confusa plebe non pauci

δρόμου, καὶ λαὸν πολύν· καὶ ἔλαβον τὰ ὅρματα αὐτῶν. καὶ οὕτως ἀδόξως ὑπέστρεψαν.

Τούτῳ τῷ ἔτει γέγονε πλάνη τῆς πασχαλίας, καὶ οἱ μὲν ὀρθόδοξοι κατὰ τὴν ἑῴαν ἕκτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἐπάσχασαν, οἱ δὲ πεπλανημένοι αἱρετικοὶ τῇ ιγ'. A.M.6252 C

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μετετέθη ἡ κάρα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Σπηλαίου εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἐμεσηνῶν πόλιν περιφανῆ ὄντα, καὶ ἡ κατάβασις ἐκτίσθη ἔνθα μέχρι τῆς σήμερον ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνουμένη εὐωδίᾳ σωματικῇ τε καὶ πνευματικῇ τιμᾶται, βλύζουσα πᾶσι τοῖς πίστει προστρέχουσι τὰ ἰάματα. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει δοκίτης ἐδείχθη λαμπρότατος κατὰ τὴν ἑῴαν ἐπὶ δέκα ἡμέρας, καὶ αὖθις πρὸς δύσιν ἡμέρας κα'. Θεόδωρος δέ τις ὀνόματι Λιβανίτης Σύρος κατὰ τὴν περίχωρον Ἡλιουπόλεως τῆς πρὸς Λίβανον ἐπανέστη τοῖς Ἄραψι, καὶ πρλεμήσας αὐτοῖς, ἔπεσον ἐξ ἀμφοτέρων πολλοί. ἔσχατον δὲ τραπεὶς ἔφυγεν, καὶ οἱ συνόντες αὐτῷ Λιβανῖται πάντες ἀνῃρέθησαν. ἐγένοντο δὲ καὶ ἐν Ἀφρικῇ ἀκαταστασίαι καὶ πόλεμοι, ἡλιακῆς γεγονυίας ἐκλείψεως μηνὶ Αὐγούστῳ πεντεκαιδεκάτῃ, ἡμέρᾳ D

11. βλύζουσα — — ἰάματα om. f. τὰ add. ex A. 14. ὀνόματι add. ex A. 15. τῆς πρὸς A, τὴν ἐπὶ vulg. 18. καὶ ante ἐν add. ex A.

desiderati. eorum arma acceperunt Bulgari, atque ita Romani cum dedecore redierunt.

Hoc anno error in celebrando paschatis festo admissus est, orthodoxis per orientales tractus mensis Aprilis die sexto, haereticis autem, quorum id fuit, erratum tertio decimo solemnitatem illam agentibus. A.C. 752

Eodem anno sancti Ioannis praecursoris et baptistae caput ex Antri monasterio in proprium templum sumptuose constructum ad Emesenorum urbem translatum est. confessio quoque sacrae reliquiae reponendae aedificata est, in qua in hunc usque diem a fidelibus adoratum, tam corporea, quam spirituali odoris fragrantia honoratur, et ab illo morborum omnium medela, velut e perenni fonte, in eos, qui cum fide accedunt, scaturit. hoc insuper anno cometa trabis in morem fulgidissimus ad orientalem caeli plagam dies continuos decem, et ad occidentalem rursum dies viginti et unum visus est. Theodorus autem quidam e monte Libano Syrus in Heliopoleos regione, quae Libano adiacet, in Arabes rebellavit, et manibus cum eo consertis multi ex utraque parte desiderati, tandem eius acie fusa in fugam versus est, quique illum sequebantur Libanitae omnes occisi. tumultus quoque per Africam exorti apparente solis defectu mensis Augusti die decimo quinto, feria sexta, hora diei decima. porro qui-

ἕκτῃ, ὥρᾳ δεκάτῃ. ἀνέστησαν δέ τινες τῶν Μαυροφόρων ἐν τῷ Δαβεκῷ λέγοντες τὸν υἱὸν τοῦ πρωτοσυμβούλου θεόν, ὡς
P. 363 τροφέα αὐτῶν, καὶ ἐξήνεγκαν δόγμα τοιοῦτον. καὶ εἰσῆλθον οἱ Μαυροφόροι εἰς τὸν οἶκον τῆς πλάνης αὐτῶν, καὶ ἀπέκτειναν τοὺς κλειδούχους ὀνόματα ξ'. καὶ ἐξῆλθόν τινες ἐπὶ τὸν Βάσρασον, καὶ ἠχμαλώτευσαν πολλούς, καὶ χρήματα ἔλαβον πολλά.

A.M. 6253 Τούτῳ τῷ ἔτει ἐστασίασαν οἱ Κασιῶται κατὰ τῶν Μαυροφόρων διὰ γυναῖκας. ἔμειναν γὰρ ἐξ αὐτῶν εἰς οἶκον, ἐν
B ᾧ ἔμενον ἀδελφοὶ τρεῖς, καὶ ἠθέλησαν τὰς γυναῖκας αὐτῶν μοιχεύσαι· ἐγερθέντες δὲ οἱ τρεῖς ἀδελφοί, ἀπέκτειναν καὶ ἔχωσαν αὐτούς. οἱ δὲ συναχθέντες, ἀπέκτειναν καὶ τοὺς λοιπούς. καὶ πέμψας ὁ Σαλὶμ τὰ στρατεύματα διὰ δόλου, ἦλθον ἄνωθεν αὐτῶν. καὶ πιάσαντες αὐτοὺς ἐφούρκισαν τοὺς τρεῖς ἀδελφούς, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν. καὶ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἁγίᾳ συνάξει εἰς τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοῦ μητροπολίτου παρισταμένου καὶ ἐκφωνήσαντος τό· ὁ
V. 289 γὰρ λαός σου ἐνσωπεῖ σε, καὶ ἱκετεύει σε, ἐξήνεγκαν αὐτόν, καὶ ἀπέκλεισαν ἐν φυλακῇ, καὶ ἄλλος ἐπλήρωσε τὴν ἁγίαν

2. πρωτοσυμβούλου A, πρωτοσυμβόλου vulg. 8. post Κασιῶται e f haec inserunt: καθ' ὃ φασιν Ἄραβες καλοῦσιν υἱοὶ τοῦ Καῆς ὡς γενεαλογοῦνται. 13. ὁ Σαλὶμ] ὁ Ἔλιχος A. 16. εἰσῆλθον A. 18. καὶ ἡ ἐκκλησία σου add. A f post λαός σου. ἐνσωπεῖ σε om. A f.

dam ex Maurophoris Dabeci emersere, qui protosymbuli filium, quod eorum nutritium ageret, deum esse praedicarent. in hanc quoque mentem promulgavere dogma. Maurophori subinde in fanum errori suo dicatum ingressi aedituos numero sexaginta mactaverunt. quidam autem Basrasum profecti, plerisque in captivitatem abactis, ipsi opes innumeras abstulerunt.

A. C. 753 Hoc anno Casiotae in Maurophoros tumultuati sunt foeminarum causa. in domo etenim, in qua tres fratres habitabant, ex illis nonnulli mansionem habentes coniuges eorum in illiciti concubitus coenum voluerunt demergere. exciti vero fratres illi tres morte eis illata iniuriam ulti sunt, et terra caesa corpora occultaverunt, et in unum collecti reliquos pariter dederunt neci. Salem vero missis insidiose militibus, impetuque in eos facto, cunctos in potestatem accepit, et fratres quidem illos tres laqueo, plurimos alios ferro confecit. porro die solemnitati paschali dicato. Christiana plebe in coetum collecta, Salem ille communem et praecipuam ecclesiam ingressus est, metropolitam vero sacris altaribus astantem, et elata voce exclamantem: populus tuus te precatur, et te rogat, corripi iussit, et in carcerem detrudi, alio interim sacerdote ad sanctam synaxim complendam suffecto, ex quo timor

σύναξιν· καὶ ἐγένετο φόβος μέγας, καὶ εἰ μὴ ὁ μητροπολί- C
της κατεπράϋνεν αὐτὸν ἠθικότητι καὶ ταπεινοῖς λόγοις, κακὸν
μέγα ἂν ἀπετελέσθη τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. ἦν δὲ ὁ μακάριος Ἀνα-
στάσιος.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ διώκτης Ἀνδρέαν τὸν
ἀοίδιμον μοναχόν, τὸν λεγόμενον Καλυβίτην, ἐν Βλαχέρναις
διὰ μαστίγων ἐν τῷ ἱππικῷ τοῦ ἁγίου Μάμαντος ἀπέκτεινεν
ἐλέγχοντα αὐτοῦ τὴν ἀσέβειαν, Οὐάλεντα νέον καὶ Ἰουλιανὸν
ἀποκαλοῦντα αὐτόν· ὃν καὶ ἐν τῷ ῥεύματι ῥιφῆναι προσέ-
ταξεν, εἰ μὴ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ τοῦτον ἁρπάσασαι ἐν τῷ ἐμ-
πορίῳ τῶν Λευκαδίου ἔθαψαν. D

Ῥώμης ἐπισκόπου Κωνσταντίνου ἔτος α'. A.M.6254

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐφάνη δοκίτης κατὰ τὴν ἕῳαν· καὶ ἀνῃ-
ρέθη ὁ υἱὸς τῆς Φατίμας. οἱ δὲ Βούλγαροι ἐπαναστάντες
ἐφόνευσαν τοὺς κυρίους αὐτῶν τοὺς ἀπὸ σειρᾶς καταγομέ-
νους, καὶ ἔστησαν ἄνδρα κακόφρονα, ὀνόματι Τελέτζην, ἐτῶν P. 364
ὑπάρχοντα λ'. Σκλάβων δὲ πολλῶν ἐκφυγόντων, προσερρύησαν
τῷ βασιλεῖ, οὓς κατέστησεν ἐπὶ τὸν Ἀρτάναν. τῇ δὲ ιζ τοῦ
Ἰουνίου μηνὸς ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην ἀποστεί-
λας καὶ πλῴϊμον ἐπὶ τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἕως δισχιλίων χε-

3. ὁ μακαριώτατος A. 8. Οὐάλ. A, καὶ Οὐάλ. vulg. 11. Λαυκαδίου f. 16. Τελετζῆν A, Τελέτζιν vulg. 17. Σκλάβων δὲ] hinc usque ad. p. 670, 12. κατὰ θεοῦ lacuna intercedit in A. 20. ἕως ὀκτακοσίων χιλ. a.

ingens in omnium animis excitatus. ac nisi innata morum urbanitate et humili oratione ferocientem principem metropolita demulsisset, magnum prorsus malum ea occasione committebatur. is porro erat beatus Anastasius.

Eodem etiam anno Constantinus persecutor Andream venerabilem monachum, Calybitem dictum, ad Blachernas habitantem verberibus contusum, quod eius impietatem, eo Valente iuniore et Iuliano vocitato, arguisset, in sancti Mamantis circo ad Blachernas interfecit, eius autem corpus in maris fluentum proiici iusserat, sed Andreae sorores ipsum efferentes in Leucadii emporio sepulturae mandarunt.

Romae episcopi Constantini annus primus. A.C. 754

Hoc anno cometa trabis instar ad orientem visus. Fatimae filius e vivis sublatus. Bulgari seditione mota propriis dominis continuata unius stirpis serie potestatem hucusque adeptis illata caede reiectis, malignae mentis hominem nomine Teletsim annos triginta natum sibi ducem praefecerunt. multi propterea Sclavi patria excedentes, ad imperatorem ultro se contulere, quos ille Artanam incolere constituit. mensis autem Iunii die decimo septimo bis millium chelandiorum equos duodecim per singula vehentium classe per Euxinum Pon-

λανδίων ἐπιφερομένων ἀνὰ ιβ' ἵππων. ὁ δὲ Τελέτζης ἀκούσας τὴν διὰ γῆς καὶ θαλάσσης κατ' αὐτοῦ κίνησιν, λαβὼν εἰς συμμαχίαν ἐκ τῶν προσπαρακειμένων ἐθνῶν χιλιάδας κ', καὶ τούτους εἰς τὰ ὀχυρώματα στήσας, ἠσφαλίσατο ἑαυτόν. ὁ δὲ
B βασιλεὺς ἐλθὼν ἠπλίκευσεν εἰς τὸν κάμπον Ἀγχιάλου· καὶ τῇ λ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς α' ἰνδεκτιῶνος, ἡμέρᾳ ε', ἐφάνη Τελέτζης μετὰ πλήθους ἐθνῶν ἐρχόμενος, καὶ συμβαλόντες πόλεμον κόπτουσιν ἀλλήλους ἐπὶ πολύ, καὶ τραπεὶς Τελέτζης ἔφυγεν. ἐκράτησε δὲ ἡ μάχη ἀπὸ ὥρας ε' ἕως ὀψέ, καὶ πολλὰ πλήθη Βουλγάρων ἀνηλώθησαν, πολλοὶ δὲ ἐχει-
ρώθησαν, ἄλλοι δὲ καὶ προσερρύησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρθεὶς ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ νίκῃ, ἐθριάμβευσεν ταύτην ἐπὶ τῆς πόλεως, ἁρματωμένος σὺν τῷ στρατῷ εἰσελθών, εὐφημούμενος ὑπὸ τῶν δήμων καὶ ξυλοπανδούροις σύρων τοὺς χειρωθέντας Βουλ-
C γάρους, οὓς ἔξωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. τὸν δὲ Τελέτζην στασιάσαντες οἱ Βούλγαροι ἀπέκτειναν σὺν τοῖς ἄρχουσιν αὐτοῦ, καὶ ἔστησαν Σαβῖνον γαμβρὸν ὄντα Κορμεσίου τοῦ πάλαι κυρίου αὐτῶν. τοῦ δὲ Σαβίνου εὐθέως ἀποστειλαντος πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ζητοῦντος ποιῆσαι εἰρήνην, κομμένδον ποιήσαντες οἱ Βούλγαροι ἀντέστησαν τῷ Σαβίνῳ στερρῶς, λέγοντες· ὅτι διὰ σοῦ

3. κ'] κϛ' a, ϛ' f. 20. fort. κομβέντων cfr. p. 262, 5.

tum missa, imperator Thraciam versus perrexit. Teletses terra marique adversum se paratam audiens, vicinarum nationum viginti millibus in auxilium accitis et per munita loca distributis, ipse praesidio se inclusit. imperator vero in Anchiali agris castra metatus est. porro Iunii die trigesimo, indictione prima, feria hebdomadis quinta, Teletses cum numerosa auxiliariorum multitudine progredi tandem visus est, consertaque pugna, mutua utriusque partis caedes ingens edita, fusisque demum Teletsis copiis ipse fugam arripuit. duravitque pugna ab hora quinta usque ad vesperam, et maximus Bulgarorum numerus certamine illo deletus, multi capti, alii ultro ad Romanos defecerunt. imperator prospero victoriae successu elatus, armis omnibus cum toto exercitu instructus, urbem triumphum ducens ingressus est, laetisque totius civitatis vocibus exceptus, Bulgaros bello captos xylopanduris vinctos in eam invexit, eosque demum extra Chrysen portam a civibus capite truncari iussit. Bulgari autem seditione in Teletsem mota ipsum ac cunctos eius proceres dederunt necì, Sabinum vero Cormesii quondam principis generum constituerunt ducem. cum vero Sabinus legatos de pace ad imperatorem confestim destinasset, Bulgari comitiis habitis Sabino pertinaciter se opposuerunt, clamantes: Bulgaria tui causa Romanorum potestati subiicienda est.

Βουλγαρία μέλλει δουλοῦσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. στάσεως δὲ γενομένης, φεύγει Σαβῖνος ἐν τῷ κάστρῳ Μεσημβρίας, καὶ προσερρύη τῷ βασιλεῖ. ἔστησαν δὲ οἱ Βούλγαροι ἕτερον κύ- V. 290
ριον ὀνόματι Παγανόν. D

Τούτῳ τῷ ἔτει ἀντήραν οἱ τῆς ἐρήμου καὶ τοῦ Βαραθὼν τῷ A.M. 6255
Ἀβδελλᾷ δύο ἀδελφοί, οὓς ἀποστείλας ἀντεῖλεν σὺν χιλιάσιν ὀγδοήκοντα στρατοῦ. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐξῆλθον Τοῦρκοι ἐκ τῶν Κασπίων πυλῶν, καὶ ἀνεῖλον πολλοὺς εἰς Ἀρμενίαν, καὶ ἔλαβον αἰχμαλωσίαν πολλήν, καὶ ὑπέστρεψαν. Κοσμᾶς δέ τις ἐπίσκοπος Ἐπιφανείας τῆς κατὰ Ἀπάμειαν τῆς Συρίας, Κωμανίτης ἐπιλεγόμενος, τῶν πολιτῶν Ἐπιφανείας πρὸς Θεόδωρον πατριάρχην Ἀντιοχείας ἔγκλησιν ποιησαμένων κατὰ τοῦ P. 365
αὐτοῦ Κοσμᾶ περὶ μειώσεως ἱερῶν, καὶ αὐτοῦ μὴ δυναμένου ταῦτα συστῆσαι, ἀπέστη τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ὁμόφρων τῆς αἱρέσεως Κωνσταντίνου κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων γέγονεν. ὃν κοινῇ γνώμῃ Θεόδωρος ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας, καὶ Θεόδωρος ὁ Ἱεροσολύμων, καὶ Κοσμᾶς ὁ Ἀλεξανδρείας σὺν τοῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόποις τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ὁμοφρόνως ἀνεθεμάτισαν ἕκαστος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἀπ' ἀρχῆς τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς γέγονεν κρύος μέγα καὶ πικρότατον, οὐ κατὰ τὴν ἡμε- B
τέραν γῆν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ ἄρ-

5. *Βασραθὼν* f.

aucto demum tumultu, Sabinus in Mesembriae praesidium fuga se subducit, et inde ad imperatorem se confert. alium vero dominum nomine Paganum Bulgari creaverunt.

Hoc anno habitatores deserti Barathonisque incolae fratres duo A. C. 755
in Abdellam rebellionem excitaverunt, quos ille misso exercitu cum copiarum octoginta millibus extinxit. hoc eodem anno Turci Caspiis portis egressi, plurimis per Armeniam occisis, captivorum collegerunt turmas, et domos repetierunt. porro quidam Epiphaniae, quae ad Apameam Syriae posita est, episcopus, cognomento Comanites, Epiphaniae civibus, quod sacra vasa distraxisset, apud Theodorum Antiochiae patriarcham accusationem passus, pretium eorum restituendi impotens, rectae fidei desertor factus, in Constantini sententiam adversus sanctas imagines excitatam ipse contrariae conscius transiit. eum communibus calculis Theodorus Antiochiae, Theodorus alter Hierosolymorum, Cosmas Alexandriae patriarchae cum suffraganeis episcopis die sanctae pentecostes sacrosancti evangelii lectione peracta, in propria sede singuli concordibus animis ac vocibus anathemati subiecere.

Eodem pariter anno a mensis Octobris exordio frigus ingens et asperrimum non in hac modo regione, sed et per orientem, septen-

κτον καὶ δύσιν, ὥστε τὴν ἀρκτῴαν τοῦ πόντου παραλίαν ἐπὶ ἑκατὸν μίλια τὸ πέλαγος ἀπολιθωθῆναι ἐκ τοῦ κρύους ἐπὶ τριάκοντα πήχεις τὸ βάθος, καὶ ἀπὸ Ζηκχίας μέχρι τοῦ Δανουβίου καὶ τοῦ Κούφη ποταμοῦ καὶ τοῦ Δάμαστρί τε καὶ Δάναπρι καὶ τῶν Νεκροπύλων καὶ τῆς λοιπῆς ἀκτῆς μέχρι Μεσημβρίας καὶ Μηδείας ὅμοια πεπονθότων. τοῦ δὲ τοιούτου πάγους ἐπιχιονηθέντος ηὐξήθη ἐπ' ἄλλας εἴκοσι πήχεις, ὥστε συμμορφωθῆναι τὴν θάλασσαν τῇ ξηρᾷ, καὶ πεζοβατεῖσθαι ὑπερθεν τοῦ κρύους ἀπό τε Χαζαρίας, Βουλγαρίας καὶ τῶν λοιπῶν παρακειμένων ἐθνῶν, παρά τε ἀνθρώπων ἀγρίων τε καὶ ἡμέρων ζώων. τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τῆς δ' ἰνδικτιῶνος τοῦ τοιούτου πάγους κατὰ θεοῦ κέλευσιν εἰς πλεῖστα καὶ διάφορα ὀροφανῆ τμήματα διαιρεθέντος, καὶ τῇ τῶν ἀνέμων βίᾳ ἐπὶ Δαφνουσίαν καὶ τὸ Ἱερὸν κατενεχθέντος, οὕτω διὰ τοῦ στενοῦ ἐπὶ τὴν πόλιν ἔφθασαν μέχρι τῆς Προποντίδος καὶ τῶν νήσων καὶ Ἀβύδου πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀκτὴν ἐπλήρωσαν, ὧν αὐτόπται καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν ἐπιβάντες ἐπὶ ἑνὸς αὐτῶν σὺν καί τισιν ὁμηλίκοις λ', καὶ παίζοντες ἐπάνω αὐτοῦ. εἶχον δὲ καὶ ζῶα ἄγρια τε καὶ ἥμερα τεθνεῶτα. πᾶς δὲ ὁ βουλόμενος ἀπὸ Σοφιανῶν ἕως τῆς πόλεως, καὶ ἀπὸ τῆς Χρυσοπόλεως ἕως τοῦ ἁγίου Μάμαντος,

14. κατενεχθέντος A, διενεχθ. vulg. 17. καὶ add. ex A. 18. ὁμηλίκοις A f, ὁμήλιξιν vulg.

trionem et occidentis plagam incubuit, adeo ut in borealibus ponti maritimis mare ad centum millia in longum, in profundum vero cubitus triginta prae frigore in lapidis duritiem concreverit, quod etiam in toto illo terrarum tractu, qui a Zecchia usque ad Danubium et Cuphem fluvium et Damastrim et Danaprim et Necropylas reliquumque littus usque ad Mesembriam et Mediam interiacet, obtinuit. huiusmodi vero glacies copiosa deinde nive cooperta ad alios viginti cubitos excrevit, adeo ut mare solidae continenti quam simillimum, ad Chazariae, Bulgariae, caeterarumque nationum adiacentium fines tutum iter hominum animaliumque quum silvestrium tum domesticorum pedibus praebuerit. indictionis autem secundae mense Februario, glacies huiusmodi dei iussu in multa ac varia frusta montium speciem referentia disrupta est, quae ventorum vi ad Daphnusiam et Hierum delata, inde per ponti fauces in urbem delata et ad Propontidis terminos, insularum et Abydi maritimas omnes oras, cuius de visu testes extitimus, implevit. in unum quippe illius fragmentum quasi triginta aetatis eiusdem iuvenes ludibundi ascendimus. erant autem in fragmentis istis congesta ferarum domesticorumque animalium cadavera. a Sophianorum sane portu ad urbem usque, et a

καὶ τῶν Γαλάτου ἀκωλύτως διὰ ξηρᾶς ἐβάδιζον. ἓν δὲ ἐξ αὐτῶν προσραγὲν τῇ τῆς ἀκροπόλεως σκάλᾳ συνέτριψεν αὐτήν. ἕτερον δὲ παμμέγεθες τῷ τείχει προσραγέν, τοῦτο μεγάλως ἐδόνησεν, ὡς καὶ τοὺς ἔνδοθεν οἴκους συμμετασχεῖν τοῦ σάλου. εἰς τρία δὲ διαρραγὲν διέζωσεν τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν Μαγγάνων ἕως τοῦ Βοσφόρου, οὗ τινος τὸ ὕψος ὑπερεῖχεν τῆς πόλεως τὰ τείχη· πάντες δὲ οἱ τῆς πόλεως ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες ἀδιαλείπτως τῇ θέᾳ τούτων προσεκαρτέρουν καὶ μετὰ θρήνων καὶ δακρύων οἴκοι ἀνέκαμπτον, ἀπορροῦντες τί εἰπεῖν πρὸς τοῦτο. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ ἀστέρες ἀθρόως ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντες ὤφθησαν, ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας τὴν τοῦ παρόντος αἰῶνος ὑπολαμβάνειν εἶναι συντέλειαν· αὐχμός τε πολὺς γέγονεν, ὡς ξηρανθῆναι καὶ πηγάς. ἀγαγὼν δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην λέγει αὐτῷ· ἄρτι τί ἡμᾶς βλάπτει, ἐὰν λέγωμεν τὴν Θεοτόκον χριστοτόκον; ὁ δὲ περιπτυξάμενος αὐτὸν λέγει· ἐλέησον δέσποτα, μηδὲ εἰς ἔννοιάν σου ἔλθῃ οὗτος ὁ λόγος· οὐχ ὁρᾷς ὅσα στηλιτεύεται καὶ ἀναθεματίζεται Νεστόριος ὑπὸ πάσης

V. 291
P. 366
B

1. ἀκωλύτως A, ἀκώλυτος vulg. 4. οἴκους A, οἰκοῦντας vulg. 5. διέζωσεν A, καὶ ἔζωσεν f, ἔζωσεν vulg. 7. prius τῆς πόλεως om. A f. 8. καὶ παῖδες add. ex A. 11. ἀθρόως add. ex A. 15. λέγωμεν A, λέγομεν vulg. 17. οὗτος A, οὕτως vulg.

Chrysopoli usque ad sancti Mamantis et Galatae littus qui voluisset sicco pede et absque difficultate velut per solidam terram gradiebatur. unum porro ex istis ad acropoleos scalam allisum eam confregit. aliud horrendum certe ac ingens ad murum cum impetu appellens, adeo valide concussit, ut commotionis tremorem, qui interius habitabant, experirentur. illud demum in tres discissum partes a Manganis ad Bosphorum urbem circumcinxit, cum alioquin eius esset magnitudinis quae urbis muros superaret. cuncti autem urbis incolae quum viri tum mulieres tum infantes spectaculis istiusmodi diutissime detenti, mox in gemitus et lachrimas soluti domos repetebant, quid vero de istis sentirent, prorsus ambigebant. eiusdem quoque anni mense Martio stellae crebro quasi e caelo decidere visae sunt, adeo ut cuncti portentorum huiusmodi spectatores effecti saeculi praesentis consummationem advenisse coniectarent. siccitas subinde et ventorum ariditas talis incubuit, ut fontes ipsi exaruerint. caeterum imperator patriarcham ad se accersitum ita alloquitur: si dei genitricem Christi matrem asseruerimus, quid inde mali poetendetur? ille imperatorem complexus: miserere domine, inquit, nec mentem tuam cogitatus huiusmodi unquam subeat. an non vides quam diffamatus et execrandus per universam ecclesiam habetur Nestorius? ad

τῆς ἐκκλησίας; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς εἶπεν· ἐγὼ μαθεῖν θέλων ἠρώτησα· ἕως δέ σου ὁ λόγος.

A.M. 6256 Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπῆλθον πάλιν οἱ Τοῦρκοι ἐπὶ τὰς Κα-
C σπίας πύλας καὶ εἰς Ἰβηρίαν, καὶ πολεμήσαντες μετὰ τῶν Ἀράβων, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ἀπώλοντο πολλοί. ὁ δὲ Ἀβδελλᾶς πανουργίᾳ τοιαύτῃ καθεῖλε τῆς ἀρχῆς τὸν Ἰσέ, εἰς ὃν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, ὁ τρίτος κλῆρος τοῦ κρατεῖν μετ' αὐτὸν ἔπεσεν. κεφαλαλγούμενον γὰρ ἡμικρανικῶς αὐτὸν ὁρῶν, καὶ σκοτοματικῶς πληρούμενον, πείθει θεραπευθήσεσθαι μέλλειν, εἰ ταῖς ῥισὶν ἐμφυσηθῇ πταρμικῷ τινὶ ἐνσκευαζομένῳ τῷ αὐτοῦ ἰατρῷ, Μωσεῖ τινὶ τοὔνομα, διακόνῳ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας· ὃν ἤδη δωρεαῖς ἦν πεπεικὼς δριμύτατον κατα-
D σκευάσαι φάρμακον, μετὰ τοῦ καὶ ναρκώδες εἶναι σφόδρα. καὶ δὴ πεισθεὶς ὁ αὐτὸς Ἰσέβιν Μούσε τῷ Ἀβδελλᾷ, καίπερ ἀσφαλιζόμενος τοῦ συμφαγεῖν αὐτῷ διὰ τὴν ἐπιβουλήν, ἐδέξατο διάρινον. καὶ πληρωθεὶς περὶ τὴν κεφαλὴν πάσας τὰς αἰσθήσεις μετὰ τῶν ἡγεμονικῶν ἐνεργειῶν στερηθείς, ἄφωνος προὔκειτο. προσκαλεσάμενος δὲ τοὺς ἡγεμόνας καὶ προὔχοντας τοῦ γένους ὁ ἀδελφός, ἔφη· τί ὑμῖν δοκεῖ, περὶ τοῦ

3. ἐξῆλθον A. 6. τὸν Ἰσέβιν Μούσε A, τὸν Ἰσσειβιμουσὲ a, τὸν Ἰσσέβιν Μοῦσε f, τὸν Ἰσεϊβιμουσαὶ vulg. 8. αὐτὸν ante ὁρῶν add. ex A. 10. σκευαζομ. A. 14. Ἰσὲ] Ἰσὲ A, εἰσὶ vulg., εἶξε coni. Goar. sed recte habet nominis forma omisso patris nomine βίν Μουσὲ h. l. filius Mose. 16. διὰ ῥινῶν A f, διάρινον vulg. τὰ περὶ τὴν A. πάσας τε τὰς A. 19. ὁ Ἀβδελλᾶς coni. Goar. in mg.

haec imperator, discendi cupidus, ait, quaestionem proposui, apud te secretum hoc nulli revelandum permaneat.

A. C. 756 Hoc anno Turci in Caspias portas et Iberiam irruptionem secundam fecerunt, pugnaque cum Arabibus conserta, ex utraque parte cecidere non pauci. porro Abdellas Iseibi Musae, in quem, ut superius enarratum est, imperandi sors tertio ordine devolvebatur, principatu hac arte defraudavit. cum enim eum hemicranico ac vertiginoso capitis dolore laborare videret, ipsum sanatum iri persuasit, si in nares eius insufflaretur medicamentum sternutamenta movens, confectum a quodam suo medico, Moyse nomine, Antiochenae ecclesiae diacono, quem iam ante ipse Abdellas muneribus corruperat, ut nimirum medicamentum violentum simul ac soporiferum praepararet. is facile persuasus, morem Abdellae gerit, ac licet ab insidiis cavens a conviviis quoque cum eo ineundis sibi temperandum putaret, hausit tamen naribus medicamentum. confestim vero capitis gravedine laborans ac sensibus occupatis turbatus, rationis etiam functionibus et principis partis ductu privatur, et exanimis iacebat. Abdellas sub-

μελλοβασιλέως ὑμῶν; οἱ δὲ ὁμοφρόνως ἀρνησάμενοι αὐτόν, δεξιὰς ἔδωκαν τῷ υἱῷ τοῦ αὐτοῦ Ἀβδελλᾶ, Μονὰμ δὲ τῷ ἐπικληθέντι Μαδί· τὸν δὲ Ἰσὲ ἀναίσθητον μετηνέγκαν οἴ- P. 367
καδε. τοῦτον δὲ μετὰ τρίτην ἡμέραν ἀναλαβόμενον ἀπολογίαις ἐπιπλείστοις παρεμυθήσατο, ταλάντοις χρυσίου ρ τὴν ὕβριν ἀνταμειψάμενος.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπέστειλεν Παγανὸς ὁ κύριος Βουλγαρίας πρὸς τὸν βασιλέα, αἰτούμενος συνοψισθῆναι αὐτῷ, καὶ λαβὼν λόγον, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν μετὰ τῶν Βοϊλάδων αὐτοῦ, καὶ καθεσθέντος τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ Σαβίνου συγκαθεζομένου καὶ αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς. καὶ ὠνείδισεν τὴν ἀταξίαν αὐτῶν καὶ τὸ κατὰ Σαβίνου μῖσος, καὶ ἐποίησαν τὸ δοκεῖν εἰρήνην. καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς λάθρα εἰς Βουλγαρίαν V. 292
ἐπίασεν τὸν Σέβερον ἄρχοντα Σκλαβουνῶν τὸν πολλὰ κακὰ B
ἐν τῇ Θρᾴκῃ ποιήσαντα. κατεσχέθη δὲ καὶ Χριστῖνος, ἀπὸ Χριστιανῶν μαγαρίτης, καὶ πρῶτος τῶν Σκαμάρων, ὃν ἐν τῷ μούλῳ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ χειροκοπήσαντες καὶ ποδοκοπήσαντες, ἤνεγκαν τοὺς ἰατρούς, καὶ τοῦτον ἀνέτεμον ζῶντα ἀπὸ ἥβης ἕως τοῦ θώρακος πρὸς τὸ κατανοῆσαι τὴν τοῦ ἀνθρώπου κα-

2. *Μονὰμ* A. 3. *Ἰσὲ* A, *Ἰσαὶ* vulg. *ἀναίσθητον* A, *ἀνάνθητον* vulg. 7. *ἀπέστ.* A. 11. *καὶ αὐτοῦ*] *αὐτῷ* A. *ὠνείδισεν* A, *ὠνειδίσατο* vulg. 14. *Σκλαβουνῶν* A, *Σκλαβοῦνον* vulg. 18. fort. *πρὸς τοὺς ἰατρούς.* *ἀπὸ ἥβης — — — καταν. τὴν* om. A.

inde ducibus et generis proceribus convocatis, ipse ceu frater eorum sententiam rogat. quid vobis de futuro rege vestro videtur? eo vero communibus suffragiis repudiato, Monam, cognomento Madi, Abdellae filio, dextras et fidem dederunt, Isae autem sensibus orbatum domum retulerunt, eundemque tertium post diem reparatis sensibus et mente restituta bene valentem multis excusationum modis Abdellas placare contendit, et illatam iniuriam talentis auri centum compensare.

Eodem etiam anno Paganus Bulgarorum dominus, missis ad imperatorem legatis, ad colloquium et mutuum cum eo conspectum venire postulavit, et accepta fide, ipse cum suis Boiladis et optimatibus ad imperatorem se contulit. imperator autem sede sua recubans, Sabino ipsi pariter assidente, advenientes excepit. tum rebellione et quod in Sabinum conceperant, odio exprobrato, simulatam pacem cum eis composuit. missis porro latenter in Bulgariam militibus, Severum Sclavinum optimatem multorum pridem in Thracia malorum auctorem in potestatem recepit. comprehensus est etiam Christinus apostata fidei conspurcator, et inter praedones dictos Scamares antesignanus, qui in portus S. Thomae mole praecisis manibus et pedibus accitis medicis commissus est, et a pube ad thoracem ab eis dissectus

τασκευήν. καὶ οὕτως αὐτὸν τῷ πυρὶ παρέδωκαν· ἄφνω δὲ ὁ βασιλεὺς ἐξελθὼν τῆς πόλεως, καὶ ἀφυλάκτους εὑρὼν τὰς κλεισούρας, διὰ τὴν ἀπατηλὴν εἰρήνην, εἰσῆλθεν εἰς Βουλγα-
C ρίαν ἕως Τούνζας. καὶ βαλὼν πῦρ εἰς τὰς αὐλὰς ἃς εὗρεν, μετὰ φόβου ὑπέστρεψεν, μηδὲν γενναῖον ποιήσας.

A.M.6257 Τούτῳ τῷ ἔτει τῇ κ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος δ' ἐμμανὴς γενόμενος ὁ δυσσεβὴς καὶ ἀνόσιος βασιλεὺς κατὰ παντὸς φοβουμένου τὸν θεόν, Στέφανον τὸν νέον πρωτομάρτυρα συρθῆναι προσέταξεν ἔγκλειστον ὄντα εἰς τὸν ἅγιον Αὐ-
D ξέντιον εἰς τὸ πλησίον ὄρος τοῦ Δαματρύ· ὃν λαβόντες οἱ τῆς ἀπαιδευσίας αὐτοῦ μετέχοντες ἐχθροὶ καὶ ὁμόφρονες αὐτῷ γεγονότες, σχολάριοί τε καὶ τῶν λοιπῶν ταγμάτων, καλωδίῳ δήσαντες αὐτοῦ τὸν πόδα, εἵλκον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου ἕως τῶν Πελαγίου, ἔνθα καὶ διασπάσαντες, ἔρριψαν τὰ τίμια αὐτοῦ λείψανα ἐν τῷ τῶν βιοθανάτων λάκκῳ, ὡς πολλοὺς νουθετοῦντα πρὸς τὸν μονήρη βίον, καὶ καταφρονεῖν πείθοντα τῶν βασιλικῶν ἀξιωμάτων καὶ χρημάτων. αἰδέσιμος γὰρ ὁ ἀνὴρ πᾶσιν ὑπῆρχεν, διὰ τὸ περὶ ἑξήκοντα χρόνους αὐτὸν ποιῆσαι ἐν τῇ ἐγκλείστρᾳ, καὶ ἀρεταῖς πολλαῖς διαλάμπειν. πολλῶν τε ἀρχόντων καὶ στρατιωτῶν διαβληθέντων προσκυνεῖν εἰκόνας διαφόροις τιμωρίαις καὶ

4. ἕως τὸ *Βύζας* A f. 7. ἐκμανὴς A. 18. πᾶσιν add. ex A. περὶ add. ex A.

conspiciendae humani corporis compositioni novum exhibuit spectaculum, ac demum in ignem coniectus est. postmodum imperator urbe inexpectato egressus, clusuras custodia destitutas ob fraudulentae pacis speciem reperiens, in Bulgariam Tunzas usque penetravit. tum igne caulis et tuguriis forte repertis subiecto, nulla re praeclare gesta, sed subito metu correptus Cpolim remeavit.

A.C.757 Hoc anno mensis Novembris die vigesimo, indictione quarta, impius et irreligiosus imperator adversus omnem, qui dei timorem prae se ferret, furiis invectus, Stephanum iuniorem protomartyrem inclusum ad sanctum Auxentium (is locus est ad montem Damatry vicinum) ad supplicium trahi iussit. eum itaque pedem unum rudente alligatum, quod plerosque ad monasticam vitam esset hortatus, et aulae dignitates divitiasque contemnere suasisset, a praetorio usque ad Pelagii monumenta, scholarii caeterorumque ordinum milites, imo potius hostes, qui Constantini erroris, sensus, et imperitiae participes fuerant effecti, tractum laceraverunt, et venerandas eius reliquias membratim concisas in violenta morte sublatorum foveam proiecerunt. vir sane cunctis pretio fuit et honori, qui annos sexaginta in clausura exegit, et virtutibus innumeris claruit. procerum autem et

πικροτάταις αἰκίαις τούτους παρέδωκεν. ὅρκον δὲ καθολικὸν P. 368
πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀπῄτησεν εἰκόνι μὴ
προσκυνῆσαί τινα, μεθ' ὃν καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ψευδώνυ-
μον πατριάρχην ἐπὶ ἄμβωνος ἀνελθεῖν, καὶ ὑψώσαντα τὰ τί-
μια καὶ ζωοποιὰ ξύλα δμόσαι πεποίηκεν, ὡς οὐκ ἔστι τῶν
προσκυνούντων τὰς εἰκόνας· καὶ τοῦτον παραυτὰ στεφανίτην
ἀντὶ μοναχοῦ ἔπεισε γενέσθαι, καὶ κρεῶν μεταλαμβάνειν, καὶ
κιθαρωδιῶν ἀνέχεσθαι ἐν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ. ἀλλ' οὐκ
εἰς μακρὰν ἡ δίκη τοῦτον ταῖς τοῦ μιαιφόνου παρέδωκε χερ-
σί. τῇ δὲ καὶ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς δ' ἰνδικτιῶνος ἐκί- B
νησεν κατὰ Βουλγάρων, καὶ ἀπέστειλεν εἰς Ἀγχίαλον δισχίλια
ἑξακόσια χελάνδια, ἐξοπλίσας αὐτὰ ἐκ πάντων τῶν θεμάτων.
τούτων δὲ ἐν ταῖς ἀκταῖς προσορμισθέντων, καὶ τοῦ βορρᾶ
πνεύσαντος, συνετρίβησαν μικροῦ δεῖν ἅπαντα· καὶ ἐπνίγη
λαὸς πολύς, ὥστε τὸν βασιλέα γρίπους ἐκτείνειν, καὶ τοὺς
νεκροὺς ἀναλέγεσθαι καὶ θάπτειν. καὶ τῇ ιζ τοῦ Ἰουλίου
μηνὸς εἰσῆλθεν ἀδόξως ἐν τῇ πόλει. καὶ τῇ κα τοῦ Αὐγού-
στου μηνὸς τῆς αὐτῆς δ' ἰνδικτιῶνος ἐστηλίτευσε καὶ ἠτίμασε
τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν ἐπὶ τοῦ ἱπποδρομίου, παρακελευσά- C
μενος ἕνα ἕκαστον αὐτῶν κρατεῖν γυναῖκα τῇ χειρί, καὶ οὕ- V. 293

2. ὑπὸ τὴν αὐτοῦ] τὴν ὑπ' αὐτ. A, ὑπ' αὐτοῦ vulg. τὸ εἰκόνι A, τῷ εἰκ. f. 4. ὑψῶσαι A. 8. κιθαρωδῶν A f. 20. αὐτῶν] Ἀββᾶν A.

militum non paucos imagines adorasse accusatos variis tormentis et acerbissimis suppliciis imperator subiecit. istud porro iuramentum, quod generale fuit, ab omnibus imperio subditis exegit, ne quisquam imagini venerationem exhiberet, postmodum vero ipsum Constantinum falsi nominis patriarcham ambonem conscendere et, veneranda vivificaque ligna manibus tollentem, e numero eorum qui venerarentur imagines se nusquam existere, iurare compulit, ac confestim ex monacho nuptiales coronas gestare, carnes delibare, et in regia mensa cytharoedorum vocibus aures praebere persuasit. sed non multo post divina vindicta hunc in manus Constantini sanguinarii homicidae tradidit. caeterum Ianuarii mensis die vigesimo primo, indictione quarta, imperator bello in Bulgaros moto, chelandiorum bis millia sexcenta Anchialum misit, copiis thematum omnium iis impositis. cum autem littora navigando semper legerent, boreali vento flante, cuncta paucis exceptis confracta sunt. immensus sane suffocatorum numerus extitit, cadaveribus autem colligendis uncos ferreos demisit imperator, et mortuos undis extractos funereis honoribus prosequutus est. mensis subinde Iulii die decimo septimo nullo stipatus apparatu in urbem rediit. eiusdem porro indictionis quartae mensis Augusti die vige-

τως παρελθεῖν αὐτοὺς τὸ ἱπποδρόμιον, ἐμπτυομένους καὶ ὑβριζομένους ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ. ὁμοίως καὶ τῇ κε' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἤχθησαν ἐπὶ ἱπποδρομίας ἐπίσημοι ἄρχοντες ἐννεακαίδεκα καὶ ἐπόμπευσαν, ὡς κατὰ τοῦ βασιλέως πονηρὰ βουλευσάμενοι, συκοφαντηθέντες οὐκ ἐν ἀληθείᾳ, ἀλλὰ φθόνῳ αὐτοῖς διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς εὐειδεῖς καὶ ῥωμαλέους καὶ παρὰ πάντων ἐπαινουμένους· τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ δι' εὐλάβειαν καὶ ὡς εἰς τὸν προρρηθέντα ἔγκλειστον ἀπερχομένους, καὶ τὰ πάθη αὐτοῦ θριαμβεύοντας, [οὓς καί] ἀπέκτεινεν, ὧν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες· α' Κωνσταντῖνος πατρίκιος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου γενόμενος, ὃν ἐπωνόμασεν Ποδοπάγουρον, β' ὁ τούτου ἀδελφὸς Στρατήγιος πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν ἐξκουβιτόρων, γ' Ἀντίοχός τε τοῦ δρόμου γεγονὼς λογοθέτης καὶ στρατηγὸς Σικελίας, δ' Δαβὶδ σπαθάριος κατὰ τὸν Βησὴρ καὶ κόμης τοῦ Ὀψικίου, ε' Θεοφύλακτος ὁ Ἰκονιάτης πρωτοσπαθάριος καὶ στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης, ς' Χριστοφόρος ὁ κατὰ τὸν πατρίκιον Ἰμέριον σπαθάριος, ζ' Κωνσταντῖνος σπαθάριος καὶ βασιλικὸς πρωτοστράτωρ, ὁ υἱὸς τοῦ πατρικίου Βαρδάνους, η' Θεοφύλακτος κανδιδάτος ὁ κατὰ τὸν

P. 369

5. οὐκ add. ex A. 6. ῥωμαλέους] Ῥωμαίους A f, ῥωμαλέστους a, ῥωμαλαίους vulg. 9. οὓς καὶ — — — — πρωτεύοντες α' om. A, οὓς καὶ delendum videtur. 12. στρατηγὸς σπαθάριος A.

simo primo monasticum habitum et institutum publice traduxit in circo, et contemnendum oculis omnium exposuit. monachorum etenim singulos muliere manu apprehensa circi spatium obire, atque ita totius spectantis populi sputis et ludibriis permissos obambulare praecepit. mensis pariter eiusdem die vigesimo quinto ex spectatissimis proceribus novemdecim numero in circum ducti ignominiosa pompa circumacti sunt, quasi mala consilia in imperatorem iniissent, quae quidem mera calumnia erat, cum re vera imperator vultus elegantiam et corporis robur, veras affectus et laudis illecebras, ipsis invideret. at enim in eorum nonnullos etiam eorum pietate, quod apud praefatum inclusum frequentius convenissent, ac eius in tormentis tolerantiam ac triumphos encomiis celebrassent, exasperatus saeviit, et mortis reos egit, inter quos insignes sunt isti: primus Constantinus patricius et publici cursus quondam logotheta, quem Podopagurum cognominavit, secundus eius frater Strategius patricius et excubitorum domesticus, tertius Antiochus, qui cursus etiam logothetae et Siciliae ducis munus gessit, quartus David spatharius ad Beser missus et Opsicii comes, quintus Theophylactus Iconiensis protospatharius et Thraciae dux, sextus Christophorus Himerio patricio spatharius assignatus, septimus Constantinus spatharius et imperatorius proto-

Μαρινάκην, καὶ ἕτεροι· τούτους ἐπὶ τῆς ἱπποδρομίας στηλιτεύσας, καὶ ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐμπτυσθῆναι καὶ ἀνασκαφῆναι ποιήσας, ἔδωκεν ἀπόφασιν. καὶ τοὺς μὲν δύο ἀδελφοὺς Κωνσταντῖνον, φημί, καὶ Στρατήγιον ἐν τῷ Κυνηγίῳ ἀπεκεφάλισεν, πολλοῦ θρήνου γενομένου ἐπ' αὐτοῖς ἐπὶ παντὶ τῷ λαῷ· ὥστε μαθόντα τοῦτο τὸν βασιλέα ἀγανακτῆσαι, καὶ τὸν ὕπαρχον Προκόπιον τύψαι καὶ διαδέξασθαι, ὡς τοῦτο καταδεξάμενον. B *τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας τυφλώσας ἐξώρισεν, οὓς καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποστέλλων ὁ ἀπονοίας ἀνάμεστος ἐν οἷς ὑπῆρχον τόποις ἀνὰ ἑκατὸν βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. τῇ δὲ λ' τοῦ αὐτοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος ἐμάνη ὁ δυσώνυμος κατὰ τοῦ συνωνύμου αὐτοῦ καὶ σύμφρονος πατριάρχου· καὶ εὑρών τινας μοναχούς τε κληρικοὺς καὶ λαϊκοὺς μύστας αὐτοῦ φίλους παρεσκεύασεν εἰπεῖν αὐτούς, ὅτι ἠκούσαμεν τοῦ πατριάρχου λαλοῦντος μετὰ τοῦ Ποδοπαγούρου κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ πατριαρχείῳ, ἵνα ἐλέγξωσιν αὐτόν.* C *ἐν δὲ τῷ ἐκείνου ἀρνεῖσθαι ἐποίησεν αὐτοὺς ὀμόσαι εἰς τὰ τίμια ξύλα, ὅτι ἐκ τοῦ πατριάρχου ἠκούσαμεν τὰς λοιδορίας ταύτας. ἐν τούτοις*

5. ἐπὶ om. A. 6. ἔπαρχον A f. 7. τύψαι A, τύψασθαι vulg. 13. ὁρῶν a. 15. *Ποδοπαγούρου* A, ut supra p. 676, 11. *Ποδομαγούλου* vulg.

strator, Bardanis patricii filius, octavus Theophylactus candidatus Marinaci deputatus, et alii. istos omnes per circum ignominiose traductos et ab universo populo sputis et maledictis impeti iussos mortis damnavit sententia. ac fratres quidem duos Constantinum, dico, et Strategium, populo letum eorum multo luctu prosequente, in Cynegio capite truncavit. enarratis populi lachrimis imperator indignatus Procopium praefectum, quod rem tolerasset, verberibus mulctavit, et successore suffecto magistratu abrogavit. reliquos omnes effossis oculis in exilium eiecit, eosdemque missis per annos singulos ministris, in locis quibus relegati consistebant, singulos singulis taurearum centenis plagis verberari vaesania redundans iubebat. mensis autem Augusti die tricesimo eademque indictione in cognominem ipsi et eiusdem sententiae consortem Constantinum ipse nominis putidi homo furiis invectus est, quibusdam monachis clericisque nec non laicis, quos magis fidos patriarchae amicos putabat, inventis et inductis, qui dicerent: audivimus patriarcham adversus imperatorem cum Podopaguro loquentem. mox eos criminis illum convicturos in patriarchae aedes summisit. ille crimen admissum negans, ut illud in veneranda ligna iurati assererent, eos compulit, affirmaruntque: eiusmodi convicia ex patriarchae ore audivimus. missis igitur qui patri-

οὖν ἀποστείλας ἐβούλλωσεν τὸ πατριαρχεῖον· καὶ τοῦτον ἐξώρισεν ἐν τῇ Ἱερείᾳ, καὶ πάλιν ἐν τῇ Πριγκίπῳ.

A.M. 6258 Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Νικήτα ἔτος α'.

D Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀβδελλᾶς Ἰβιναλὶ τέθνηκεν, πτωθέντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ πύργου, ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο· ὁ δὲ Ἀβδελλᾶς

V. 294 ἀμηρεύων πολλὰ κακὰ τοῖς ὑπὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ Χριστιανοῖς ἐνεδείξατο. τοὺς γὰρ σταυροὺς τῶν ἐκκλησιῶν ἀφεῖλεν, καὶ παννυχεύειν ἐκώλυσεν καὶ μανθάνειν τὰ ἑαυτῶν γράμματα. οἱ δὲ λεγόμενοι παρ' αὐτοῖς Ἀρουρῖται, ὃ ἑρμηνεύεται ζηλωταί, κατὰ τὴν Παλμυρηνὴν ἐπανέστησαν ἔρημον. ἀλλ'

ἐκείνων μὲν ἡ κακία πρὸς τὰς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ὡς ἀπίστων προφανής. ὁ δὲ Χριστιανῶν βασιλεύων ἀφάτοις θεοῦ κρίμασιν ἴσως, ὡς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ μανιώδης Ἀχαάβ, πολλῷ χείρονα τῆς τῶν Ἀράβων μανίας τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν

P. 370 αὐτοῦ ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις καὶ μοναχοῖς τε καὶ λαϊκοῖς, ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις ἐπεδείξατο, πανταχοῦ μὲν τὰς πρεσβείας τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων ἐγγράφως ὡς ἀνωφελεῖς καὶ ἀγράφως ἀποκρύττων, δι' ὧν ἡμῖν πηγάζει πᾶσα βοήθεια, καὶ τὰ ἅγια λείψανα αὐτῶν κατορύττων, καὶ ἀφανῆ ποιῶν, εἴ πού τινος ἐπισήμου ἠκούετο,

1. ἐβούλλωσεν A, ἐβούλλοσιν f, ἐβούλωσεν vulg. 5. αὐτὸν A, αὐτῷ vulg. 9. λεγόμενοι add. ex A. 11. ἀπίστων A, ἀπιστῶν vulg. 15. καὶ add. ex A. 20. ἐπισήμου A, ἁγίου vulg.

archales aedes regio sigillo obsignarent, ipsum patriarcham primum Hieriam, tum in Principum insulam exulem deportari sanxit.

A.C. 758 Cpoleos episcopi Nicetae annus primus.

Hoc anno Abdellas Ibinali turre, in qua custodiebatur, corruente extinctus est. porro Abdellas ameratum gerens Christianis imperio subiectis multa mala intulit. crucibus enim ecclesiarum fastigio superpositis deponi iussis, nocturnos conventus celebrare, et litteras doceri prohibuit. Aruritae porro, intellige zelotas, seditionem ad Palmyrenum desertum inter eos excitarunt. et illorum quidem, ceu a fide alienorum, in dei ecclesias odium manifestum. imperatoris vero secreto dei iudicio Christianis praepositi, furentis quondam apud Israelitas Achab omnino similis insaniae, Arabes longe superans rabies crudeliora in orthodoxos episcopos, monachos et populares, necnon in optimates ac inferiores sibi subditos exercuit supplicia. preces ad sanctam virginem dei genitricem et omnes sanctos tum scriptis tum mente conceptas, ex quibus auxilium omne nobis scaturit, tanquam inutiles, ex omni loco eliminavit, sanctorum quoque reliquias ad animarum corporumque curandam salutem repositas, et pro

πρὸς ὑγιείαν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνακείμενον, καί, ὡς ἔθος, ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων τιμώμενον· αὐτίκα γοῦν ὁ θάνατος κατὰ τῶν τοιούτων, ὡς ἀσεβούντων, ἠπειλεῖτο, δημεύσεις τε καὶ ἐξορίαι καὶ βάσανοι. τὸ δὲ θεοχαριτώτατον λείψανον, οἷά τις B
5 θησαυρὸς τῶν ἐχόντων, ἐπαίρετο ἀφανὲς τοῦ λοιποῦ γενόμενον. τοιοῦτον γοῦν τι καὶ εἰς τὸ τιμαλφέστατον λείψανον τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας ὁ ἀνόσιος βασιλεὺς διεπράξατο, βυθίσας αὐτὸ σὺν τῇ λάρνακι, μὴ φέρων ὁρᾷν μυροδοτοῦσαν αὐτὴν ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐλέγχουσαν αὐτοῦ
10 τὰ κατὰ τῶν πρεσβειῶν ληρήματα. ἀλλ' ὁ θεὸς ὁ φυλάσσων τὰ ὀστᾶ τῶν εὐαρεστούντων αὐτῷ, κατὰ τὰ λόγια, ἀσινὲς τοῦτο διεφύλαξεν, πάλιν ἀναδείξας αὐτὸ ἐν τῇ Λήμνῳ νήσῳ. διὰ γὰρ νυκτερινῆς ὁράσεως κινούμενον ἀρθῆναι προσέταξεν C
καὶ φυλάττεσθαι. ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῶν
15 εὐσεβῶν βασιλέων, ἰνδικτιῶνι τετάρτῃ, μετὰ τῆς πρεπούσης τιμῆς ἐπανῆλθεν ἐν τῷ τεμένει αὐτῆς. ὃ αὐτὸς μὲν ὁ τῶν ἐκκλησιῶν ἐχθρὸς κοινώσας ἁρμαμέντον καὶ κοπροθέσιον ἐποίησεν. αὐτοὶ δὲ ἀνακαθήραντες τοῦτο, πάλιν καθιέρωσαν, πρὸς

B νους μετὰ καὶ τῶν προυχόντων τῆς κατ' αὐτῶν μονῆς ἔσπευδεν ἑνωθῆναι, ὃ καὶ πεποίηκεν. ἀπέστειλεν δὲ καὶ πρὸς τὸν Κάρουλον βασιλέα τῶν Φράγγων περὶ εἰρήνης καὶ συναλλαγῆς εἰς Θεοφύλακτον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἀπέστειλεν συνοδικὰ γράμματα πρὸς Λέοντα τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης· πρὸ τούτου γὰρ ἐκωλύετο ὑπὸ Νικηφόρου τοῦτο ποιῆσαι. τῇ δὲ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος Μιχαὴλ ὁ γαληνότατος βασιλεὺς ἔστεψεν Θεοφύλακτον τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς
C βασιλέα ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος, καὶ προσήγαγεν πολυτελῆ κόσμον τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, ἐν σκεύεσι χρυσοῦ διαλίθοις καὶ τετραβήλοις ἀρχαιοτεύκτοις ἐκ χρυσοῦ καὶ πορφύρας λαμπρῶς καθυφασμένοις καὶ θαυμασταῖς ἁγίαις εἰκόσι πεποικιλμένοις. ἐδωρήσατο δὲ καὶ τῷ πατριάρχῃ χρυσίου λίτρας κέ, καὶ τῷ εὐαγεῖ κλήρῳ λίτρας ἑκατόν, φαιδρύνας τὴν ἁγίαν ἑορτὴν καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀναγόρευσιν. ζήλῳ δὲ θεοῦ πολλῷ κινηθεὶς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς κατὰ Μανιχαίων,

2. πικρῶς A. 3. κατ' αὐτὸν A. 7. ἀπέστ. A, ἐπέστ. vulg. 11. Θεοφύλ. add. ex A. 15. ἀρχαιοτεύκτοις A, ἀρχαιοτάτοις vulg. 17. χρυσίου λίτρας κέ add. ex A.

vere poterant, assiduis precibus et hortatibus interpellare non desistebat, prae caeteris vero Theodorum Studii praepositum, et Platonem et Iosephum Thessalonicae archiepiscopum Theodori fratrem arctiori custodia mancipatos, una cum Studitarum monasterii primoribus, ad concordiam et unitatem revocare studebat, quae res ei feliciter successit. legatos etiam ad Carolum Francorum regem destinavit, qui de pace atque matrimonio cum Theophylacto eius filio ineundo tractarent, sed et Nicephorus sanctissimus patriarcha ad Leonem sanctissimum Romae papam synodicas litteras transmisit, ad hoc enim usque tempus a Nicephoro imperatore prohibitus fuerat, quo minus id praestaret. mensis porro Decembris die vicesimo quinto, feria hebdomadis quinta, Michael serenissimus imperator filium suum Nicephori patriarchae opera in magnae ecclesiae ambone imperatorem coronavit, tum vero sanctum altare opulentissime exornavit vasis aureis gemmatisque, et velis quadrangulis ad antiquam formam, ex auro et purpura splendide contextis, sanctisque imaginibus manus optimae distinctis. ad haec patriarchae viginti quinque auri libras et venerabili clero, sanctum dei festum et filii designationem exhilaraturus, centum libras contulit. zelo quoque divino pientissimus imperator motus, in

τῶν νῦν Παυλικιανῶν, καὶ Ἀθιγγάνων τῶν ἐν Φρυγίᾳ καὶ Λυκαονίᾳ, κεφαλικὴν τιμωρίαν ἀποφηνάμενος ταῖς Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου καὶ ἄλλων εὐσεβῶν εἰσηγήσεσιν, ἀνετράπη δι' ἑτέρων κακοτρόπων συμβούλων προφάσει μετανοίας, ὅπερ ἦν ἀδύνατον τοὺς τῇ πλάνῃ ἐκείνῃ ἑαλωκότας μετανοῆσαι. ἐδογμάτιζον δὲ ἀμαθῶς μὴ ἐξεῖναι ἱερεῦσιν ἀποφαίνεσθαι κατὰ ἀσεβῶν θάνατον, κατὰ πάντα ταῖς θείαις γραφαῖς ἐναντιούμενοι περὶ τούτου. εἰ γὰρ Πέτρος ὁ κορυφαῖος Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν ἐπὶ ψεύσματι μόνῳ τεθανάτωκεν, Παῦλος δὲ ὁ μέγας βοᾷ λέγων, ὅτι οἱ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσίν, καὶ ταῦτα περὶ σωματικῆς μόνης ἁμαρτίας· πῶς οὐκ ἐναντίοι αὐτῶν εἶεν οἱ τοὺς πάσης ψυχικῆς καὶ σωματικῆς ἀκαθαρσίας ἐμπλέους καὶ δαιμόνων λατρείας ὑπάρχοντας λυτρούμενοι τοῦ ξίφους; ἀλλ' ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς Μιχαὴλ οὐκ ὀλίγους αὐτῶν ἀπέτεμεν. Σταυράκιος δὲ ἑλκωθεὶς ἐκ τῆς καιρίας πληγῆς τὰ περὶ τὴν ῥάχιν, ὡς μὴ δύνασθαί τινα προσεγγίζειν αὐτῷ διὰ τὴν πολλὴν δυσωδίαν, τέθνηκεν τῇ ια' τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος, βασιλεύσας τῷ δοκεῖν μῆνας δύο ἡμέρας ἓξ. τῇ

D

P. 420

1. ἐν Φρ. A, ἐν τῇ Φρ. vulg. 4. ἐτράπη δὲ καὶ δι' A. κακοτρόπων A, κακοβούλων vulg. 6. μὴ ἐν ἱερ. A.. 7. ἀσεβῶν A, εὐσεβῶν vulg. 8. τούτου A, τούτων vulg. Πέτρος ὁ κ. A, Πέτρ. μὲν ὁ κορ. vulg. 9. ἐθανάτωσεν A. 10. λέγων add. ex A, item οἱ. 13. λάτρας A.

Manichaeos, qui nunc Pauliciani, et Athinganos e Phrygia et Lycaonia capitis poena Nicephori sanctissimi patriarchae et aliorum devotorum hortatibus pronunciata, aliorum male feriatorum consiliis, poenitentiaeque ab istis ineundae obtentu, ne sententiam exequeretur impeditus est: cum tamen fieri nequeat omnino, ut ii, qui in hoc errore versati sunt, usquam sincera poenitentia ducantur. porro isti dogmatum novatores palam asserebant sacerdotibus haud licere capitalem sententiam adversus impios ferre, sed in eo divinis scripturis adversos simul se proferebant. etenim si Petrus apostolorum coryphaeus Ananiam et Sapphiram unius mendacii reos morti addixit, nec non Paulus liquido testatur, qui talia perpetrant morte dignos esse, idque tantummodo pro corporeo delicto, nonne apostolorum adversarii atque dissimiles erunt, qui homines, tam animae quam corporis impuritate scatentes, et daemonum obsequio mancipatos, gladio divinam ultionem peragenti eripient? eorum tamen haud paucos pius imperator Michael capitis abscissione damnavit. interea Stauracius ulcere ex letali plaga, quam in dorsi spinam acceperat, irritato, adeo ut nullus ob foetorem ad eum propius accedere posset, vita tandem excessit mensis Ianuarii die undecimo quinta indictione, cum iuxta quo-

ιδ' τοῦ Μαΐου μηνὸς ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ἔκλειψις ἡλιακὴ γέγονεν μεγάλη ἐπὶ ὥρας τρεῖς ἥμισυ, ἀπὸ ὀγδόης ὥρας ἕως ὥρας ἑνδεκάτης. καὶ τῇ ιζ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἐξῆλθεν Μιχαὴλ
B κατὰ Βουλγάρων, συνεξελθούσης αὐτῷ καὶ Προκοπίας ἕως Τζουλοῦ. τοῦ δὲ Βουλγάρων ἀρχηγοῦ Κρούμμου ἐλόντος τὴν
V. 334 Δεβελτὸν πολιορκεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ σὺν τῷ ἐπισκόπῳ μετοικήσαντας, προσρυέντα αὐτῷ διὰ πολλὴν κακοβουλίαν τῶν παρασυμβούλων τοῦ βασιλέως εἰς ἐπιβουλὴν ἐτράπησαν καὶ ὕβρεις τὰ πλήθη μάλιστα τοῦ Ὀψικίου καὶ τῶν Θρᾳκησίων, οὓς κατευνάσας Μιχαὴλ δωρεαῖς καὶ παραινέσεσι κατεσίγησεν. οἱ δὲ Βούλγαροι τὰ τῆς στάσεως μαθόντες τῶν στρατευμάτων, καὶ ὅτι πτοούμενοι τὸν πόλεμον καὶ τὸν ταξατιῶνα ἀτακτοῦσι,
C πλέον κατίσχυσαν Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. τότε καὶ Ἀγχίαλον, καὶ Βεροίην ἀφέντες Χριστιανοί, ἔφυγον, μηδενὸς διώκοντος, Νίκαιάν τε καὶ τὸ τοῦ Προβάτου κάστρον, καὶ ἄλλα τινὰ ὀχυρώματα, ὡσαύτως καὶ τὴν Φιλιππούπολιν καὶ Φιλίππους καὶ τὸν Στρυμῶνα οἰκοῦντες μέτοικοι προφάσεως δραξάμενοι, ἐν τοῖς ἰδίοις φεύγοντες ἐπανῆλθον. τοῦτο δὲ ἦν θεομηνία τὴν τοῦ Νικηφόρου μανίαν ἐλέγχουσα, δι' ἣν τὰ δοκοῦντα κατορθώματα αὐτοῦ, ἐφ' οἷς ἠῦχει, τάχιστα διαπέπτωκεν. καὶ

1. τοῦ add. ex A. 2. ὥρας ἓξ καὶ ἡμ. A, ὥρας ἑπτὰ a. 3. τῇ ζ A. 5. Τζουρούλου A. 6. μετοικήσαντας A, μετοικήσαντος vulg. 7. προσρυέντες mg. edit. 15. καὶ τὸ add. ex A. 17. οἰκοῦντας vulg. 19. ἐλέγχουσα A, ἐλέγξασα vulg. 20. οἱ τὰς A.

rundam sensum menses duos dies sex imperium tenuisset. caeterum mensis Maii die decimo quarto ingens solis deliquium horis tribus et media continuis, ab octava nimirum hora ad undecimam duravit. mensis autem Iunii die decimo septimo Michael in Bulgaros profectione suscepta, itineris sociam Tzulum usque Procopiam uxorem habuit. porro cum Crummus Bulgarorum dux Debeltum obsidione cepisset, oppidanos una cum episcopo eius se potestati submittentes in regionem aliam transportavit. militares autem Michaelis copiae maxime Opsicii et Thracensium, pessimis nefariorum imperatoris consiliariorum hortamentis ad insidias et contumelias se converterunt; quos Michael donis et oratione ad eos habita delinitos in ordinem composuit. ubi Romani exercitus seditionem et ob belli sive in castris et aperto Marte, sive in praesidiis sustinendi metum eos tumultuari Bulgari perceperunt, in Thraciam atque Macedoniam latius grassati sunt. sub id tempus, Anchialo et Berrhoea desertis, nemine insequente, fugam Christiani arripuere: Nicaeamque et Probati castrum, et alia quaedam munitiora loca, quemadmodum Philippopolim, Philippos et Strymonem incolentes occasionem nacti, in patrias suas fuga se receperunt. exti-

τὰς τῶν πολλῶν κακοδοξίας, καὶ τὰς Θεομάχους αἱρέσεις πλεοναζούσας Παυλικιανῶν καὶ Ἀθιγγάνων εἰκονοκλαστῶν καὶ Τετραδιτῶν ἀφέντες αἰτιᾶσθαι (ἀφῶ γὰρ λέγειν μοιχείας καὶ πορνείας, ἀσελγείας τε καὶ ἐπιορκίας, μισαδελφίας τε καὶ πλεονεξίας, καὶ τῶν λοιπῶν παρανομιῶν) κατὰ τῶν θείων καὶ σεπτῶν εἰκόνων καὶ τοῦ μοναδικοῦ σχήματος ἐκίνουν τὰς γλώσσας, μακαρίζοντες Κωνσταντῖνον τὸν θεοβδέλυκτον καὶ τρισάθλιον, ὡς κατὰ Βουλγάρων ἀριστεύσαντα, δι' ἣν, ἐκεῖνοι ἀσεβῶς ἔλεγον οἱ τάλανες, εἶχεν εὐσέβειαν. οἱ δὲ κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ὡπλίζοντο τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μετὰ σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀνατρέπειν, τυφλοὺς βουλόμενοι βασιλεύειν χω- P. 421
ρὶς Θεοῦ, οἱ πεπηρωμένοι τὰς ψυχάς, τοὺς υἱοὺς Κωνσταντίνου τοῦ Θεομάχου φρουρουμένους ἐν τῇ Πανόρμῳ νήσῳ κλέψαι διὰ νυκτὸς ἠβουλήθησαν, καὶ ἀγαγεῖν εἰς τὸ στράτευμα· ἀλλ' ὁ κύριος τούτους κατῄσχυνεν, διεγείρας Μιχαὴλ τὸν εὐσεβέστατον εἰς ἐκδίκησιν τῆς ἀληθείας. διαλεχθεὶς γὰρ τὰ εἰκότα περὶ πίστεως τοῖς λαοῖς ἀνυποκρίτως, ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. καὶ σοφὸν διανοηθείς, τοὺς πολλοὺς τῶν νεωτεριστῶν δι' ὀλίγων πληγῶν κατεπτόησεν, ἐξορί-

6. μοναχικοῦ e. 14. ἀγαγεῖν A, εἰσάγειν vulg. 15. ἀλλ' ὁ κ. A, ἀλλὰ κ. vulg. 17. περὶ A, τῆς vulg.

tit haec divina ultio Nicephori insaniam condemnans, qua, quae praeclarissima eius apud homines aestimata facinora, quibus ipse plurimum gloriabatur, penitus dilapsa evanuerunt. etenim ut pleraque istorum in opinionibus pravitates, et Paulicianorum et Athinganorum iconoclastarum, Tetraditarumque haereses deo exosas, et pridem serpentes incusare desinam (adulteria quippe, stupra, libidines, periuria, fratrum discordias, rapinas, caeteraque eorum scelera in lucem proferre praetereo) isti certe Constantino homine deo exoso et ter infelice inter beatos collocato, quasi qui adversus Bulgaros, ob eam, qua praestabat, ut ipsi miseri praedicabant, pietatem, praeclare se gessisset; subinde adversus sacras et venerandas imagines, et monasticum habitum linguas exacuebant, eorumdem autem nonnulli, imperatricis urbis incolae redditi, a synodi oecumenicae tempore in orthodoxam fidem arma et bella instruebant, ipsique animabus excaecati, Constantini dei hostis filios, homines dei ignaros, et caecitate corporea damnatos, et in Panormo insula custodiae traditos, noctu secum rapere, et ad militares ordines productos ad imperii solium provehere consiliati sunt, verum dominus ipsos cum dedecore compescuit, qui piissimum Michaelem ad veritatem vindicandam excitavit, qui cum audenter et simulatione reiecta, congruentem de fide sermonem ad milites habuisset, ad imperantem urbem iter convertit, ubi solerti

Bσας καὶ τους Κωνσταντίνου τυφλοὺς παῖδας εἰς Ἀφουσίαν, ἕνα δὲ τῶν ἐμπεριάκτων ψευδερημίτην Νικολάου τοῦ Ἑξακιονίτου συνγόητα εἰκόνα τῆς παναγίας θεοτόκου ξέσαντα καὶ ἀτιμάσαντα ἐγλωσσοτόμησεν, ὅστις συντέθνηκεν σὺν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι· τὸν δὲ τούτοις σύμφρονα Νικόλαον ἐπαγγειλάμενον μετανοεῖν, ἐπὶ πάντων ἐθριάμβευσεν, ἐξομολογούμενον τὰ ἑαυτοῦ κακά· καὶ παρέδωκεν αὐτὸν ἐν μοναστηρίῳ πρὸς τὸ μὴ αὐτεξουσίως διάγειν. τοῖς δὲ λαοῖς σιλεντιακῶς Cἐπὶ τῆς Μαγναύρας διαλεχθείς, τὰ τῆς κατὰ θεὸν αὐτοῦ εὐσεβοῦς γνώμης ἐφανέρωσεν δόγματα. τοὺς δὲ Ἀθιγγάνους δημεύσας, ἐξορίᾳ παραδέδωκεν διὰ Λέοντος τοῦ στρατηγοῦ τῶν ἀνατολικῶν. τῷ δὲ Αὐγούστῳ μηνὶ τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος Θεβὶθ κατὰ Χριστιανῶν ἐπεστράτευσεν. τούτῳ συμV. 335βαλὼν Λέων ὁ τῶν ἀνατολικῶν στρατηγὸς εὐδοκίμησε δισχιλίους καταπράξας, καὶ ἵππους καὶ ἅρματα συλλαβόμενος. Μουαμὲδ δὲ ὁ πρῶτος υἱὸς Ἀαρὼν κρατῶν τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, συμβαλὼν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Ἀβδελλᾷ κατὰ τὴν ἐνδοτέραν Περσικὴν ἡττήθη· καὶ καταφυγὼν εἰς τὸ Βαγδὰ τοῦτο ἐκράτησεν. τήν τε Δαμασκὸν ἄλλος κατέσχεν τύραν-

1. Ἀφασίαν f. 2. ἐκπερισάκτων A. 4. ἀτιμάσαντα A, ἀτιμήσαντα vulg. 5. τούτοις A, τούτου vulg. 8. σιλεντιακῶς add. ex A. 11. παρέδωκεν A. τοῦ add. ex A.

consilio inito, novatorum quam plurimos plagis haud multis inflictis deterruit, et Constantini filios oculis pridem orbatos Aphusiam in exilium deportari iussit. uni porro ex istis planis falsario eremitae Nicolai Hexacionitae in edendis praestigiis simmistae, sanctissimae dei genitricis imaginem abradere et contumeliis afficere auso linguam praescidit, qui animae simul et corporis interitu raptus est, sententiae vero morumque sodalem Nicolaum poenitentiam agere pollicitum per civium urbis omnium oculos crimina sua publice fateri coactum traduxit, ac ne libere quae placita forent exequeretur, in monasterium retrusit. universo autem exercitui ad allocutionem ad Magnauram convocato, religiosae suae in deum mentis dogmata cuncta exposuit, adhibita quoque Leonis orientalium ducis opera, Athinganos publice proscriptos in exilium amandavit. indictionis autem quintae Augusto mense Thebith in Christianos arma movit. pugna subinde cum eo inita, Leo orientalium agminum dux bis mille ex eius militibus prostratis, equis etiam eorum et armis captis, ingens ex illa victoria nomen sibi peperit. caeterum Muamed filiorum Aaron senior, ac gentis imperio potitus, commisso cum fratre Abdellâ certamine, in Persia interiore succubuit, arreptaque fuga Bagdam se recipiens, locum occupavit. Damascum vero alius obtinuit tyrannus, et

νος, καὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀφρικὴν δύο κατεμερίσαντο, καὶ D
τὴν Παλαιστίνην ἄλλος λῃστρικῶς κατενέμετο.

Τούτῳ τῷ ἔτει Κροῦμμος ὁ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸς διὰ A.
Λαργαμηροῦ τὰ περὶ τῆς εἰρήνης αὖθις πρὸς Μιχαὴλ τὸν
βασιλέα ἐπρεσβεύσατο, ζητῶν τὰς ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Ἀδρα-
μυντινοῦ στοιχηθείσας καὶ Γερμανοῦ τοῦ πατριάρχου σπονδὰς
πρὸς Κομέρσιον τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ κύριον Βουλγαρίας·
αἳ τοὺς ὅρους περιεῖχον ἀπὸ Μηλεώνων τῆς Θρᾴκης. ἐσθῆτά
τε καὶ κόκκινα δέρματα ἕως τιμῆς τριάκοντα λιτρῶν χρυσίου· P.
καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς πρόσφυγας ἑκατέρων τῶν μερῶν ἀπο-
στρέφεσθαι πρὸς ἑκάτερον, κἂν τύχωσιν ἐπιβουλεύοντες ταῖς
ἀρχαῖς. τοὺς δὲ ἐμπορευομένους εἰς ἑκατέρας τὰς χώρας διὰ
σιγιλλίων καὶ σφραγίδων συνίστασθαι τὰ προσόντα αὐτοῖς, καὶ
εἰσκομίζεσθαι τοῖς δημοσίοις λόγοις. ἔγραψεν δὲ καὶ κατα-
κρίσεις πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἰ μὴ σπεύσει πρὸς εἰρήνην τῷ
κρίματί σου παρατάσσομαι κατὰ Μεσημβρίας. ταῦτα δεξάμε-
νος ὁ βασιλεὺς ταῖς τῶν κακοσυμβούλων εἰσηγήσεσιν οὐ προσή-
κατο τὴν εἰρήνην. εὐσεβείας γὰρ δῆθεν ψεύδους, μᾶλλον δὲ ἀμα- B
θίας, καὶ περὶ τὸ κοινὸν ἀπωλείας οἱ παρασυμβουλευταὶ ἔφασκον
ὅτι οὐ δεῖ τοὺς προσφεύγοντας ἀποδίδοσθαι. ἐπιφθεγγόμενοι

2. ἄλλος] ἕτερος A. 3. ἀρχηγὸς A, στρατηγὸς vulg. 4. τῶν add. ex A. 7. ἐκεῖνο A, ἐκείνου vulg. 8. τοὺς add. ex A. 9. ἕως add. ex A. 10. τῶν μερῶν om. A. 14. καὶ post δὲ add. ex A. 15. σπεύσει A, σπεύσῃ vulg. 17. κακοσυμβούλων A e f, κακοβούλων vulg.

alii duo Aegyptum et Africam inter se partiti sunt, et Palaestinam demum alter praedonis in morem depopulatus est.

Hoc anno Crummus Bulgarorum princeps Dargamerum legatum A. C
cum imperatore Michaele tractaturum misit, conditionesque Comersio tunc temporis Bulgariae domino concessas, ac sub Theodosio Adramytino et Germano patriarcha ictas adimpleri postulavit. eae porro ditionibus utriusque principis limites praefigebant a Thraciae Meleonis, vestes rubrasque pelles ad auri librarum triginta pretium dandas, insuper ex utraque parte fugitivos utrique principi mutuo restituendos, licet in rempublicam perduelles forent, mercaturam inter utramque ditionem exercentes res suas venales litteris et sigillis commendatas et firmatas in publicas rationes inferre deberent. scriptis praeterea minis imperatorem contestatus, nisi pacem, inquit, quantocius duxeris amplexandam, tuo ipsius iudicio in Mesembriam obsidionem parabo. his acceptis, imperator improborum consiliis ductus pacem admittere detrectavit. falsae quippe pietatis obtentu, dicam melius ignorantiae, quae rem communem perderet, ductu, consultores isti sinistri suggerebant, fugitivos minime restituendos, ac in

εἰς μαρτυρίαν καὶ τὸ εὐαγγελικὸν τοῦ κυρίου λόγιον, ὅτι τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω. μεσοῦντος δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς παρετάξατο ὁ Κροῦμμος κατὰ Μεσημβρίαν ἐν μηχανήμασι μαγγανικῶν καὶ ἑλεπόλεων, ἃ τῇ προφάσει Νικηφόρου τοῦ καταλύτου τῶν Χριστιανῶν μεμάθηκεν. Ἄραβα γάρ τινα προσελθόντα τῷ βαπτίσματι πάνυ ἔμπειρον μηχανικῆς ὑπάρχοντα στρατεύσας, ἐν Ἀδριανουπόλει κατέστησεν, C μηδεμίαν κατ' ἀξίων ἀντίληψιν εἰς αὐτὸν ἢ εὐεργεσίαν ποιήσας, ἀλλ' ἢ μᾶλλον καὶ τὴν ῥόγαν αὐτοῦ κολοβώσας, τὸν δὲ γογγύσαντα ἔτυψεν σφοδρῶς· ἀπονοηθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, προσ- 10 έφυγεν τοῖς Βουλγάροις, καὶ ἐδίδαξεν αὐτοὺς πᾶσαν μαγγανικὴν τέχνην. ἐν τούτοις παραταξάμενος, μηδενὸς ἀντιταξαμένου διὰ πολλὴν σκαιότητα, δι' ὅλου τοῦ μηνὸς παρέλαβεν αὐτήν. τῇ δὲ πρώτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην, περιστατηθεὶς ἐβουλεύετο περὶ εἰ- 15 ρήνης· παρῆσαν δὲ καὶ μητροπολῖται, ὅ τε Νικαίας καὶ ὁ Κυρίκου, συμπαρόντων καὶ τῶν παρασυμβούλων. καὶ ὁ μὲν D πατριάρχης καὶ οἱ μετροπολῖται σὺν τῷ βασιλεῖ τὴν εἰρήνην ἠσπάζοντο· οἱ δὲ κακοὶ σύμβουλοι σὺν Θεοδώρῳ τῷ ἡγουμέ-

1. λόγιον A, λόγων vulg. 2. ἐκβάλω A, ἐκβάλλω vulg. 3. ὁ add. ex A. Μεσημβρίαν A, Μεσημβρίας vulg. 5. Νικηφ. A, τοῦ Νικ. vulg. 10. ἀπονοηθεὶς A, ἀπορρηθεὶς vulg. 12. παρατησάμενος A. 13. διὰ πολλὴν A, διὰ τὴν πολλ. vulg. 15. περιστατηθεὶς f. 16. καὶ μ. A, οἱ μ. vulg. 19. τῷ Ἡγ. τῶν A, τε Ἡγ. τοῦ vulg.

datae sententiae argumentum evangelica domini auctoritate prolata, ad me accedentem, aiebant, non eiiciam foras. medio vero mensis Octobris decursu aciem instruxit Crummus adversus Mesembriam, machinis ad urbis expugnationem adductis, quarum usum a Nicephoro Christianorum profligatore ex occasione huiusmodi acceperat. Arabem enim quendam arte mechanica praestantem, et in ea versatissimum ad ecclesiae baptismum accedentem militiae ascripserat, et Adrianopoli sedem assignaverat. at cum pro merito nec expectatam mercedem, nec beneficium viro impertiretur, quin immo stipendiorum parte truncata spe defraudaret, et ad querelas compulsum etiam duris verberibus castigasset, ille desperatione actus, ad Bulgaros profugit, et condendarum machinarum artem omnem eos edocuit. machinis igitur istiusmodi Crummus instructus, nemine ex inertia vaecordiaque vires adversas opponente, intra mensis finem urbe potitus est. imperator in mentis angustiam coniectus, mensis Novembris Kalendis, patriarcha ad colloquium advocato, de componenda cum hostibus pace consilium quaerebat. aderant conventui Nicaenus et Cyzicenus metropolitae, et ex pravis consiliariis manus haud contemnenda. ac patriarcha quidem et metropo-

νῳ τῶν Στουδίου ταύτην ἀνέτρεπον, φάσκοντες· ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς θείας ἐντολῆς οὐ δεῖ ἀσπάζεσθαι τὴν εἰρήνην. τὸν γὰρ ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω, ὃ κύριος ἀπεφήνατο, μὴ εἰδότες, μήτε ἃ λέγουσιν, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦν- V. 3
ται· πρῶτον μὲν ὅτι μηδενὸς πρὸς ἡμᾶς ἐξ αὐτῶν προσφεύ- P. 4
γοντος, ἡμεῖς τοὺς ἔσω τῆς αὐλῆς προδεδώκαμεν, δυνάμενοι τούτους εἰρηνεύοντες περισώσασθαι· δεύτερον δὲ ὅτι, εἰ καὶ πρόσφυγόν τινες σπάνιοι, τὴν τῶν πλειόνων μᾶλλον καὶ ὁμοφύλων σωτηρίαν ἐχρῆν πραγματεύσασθαι, ἢ ἐπ' ἀδήλοις καὶ ἀφανέσι πλουτεῖν. φίλον γὰρ θεῷ πλείστους ἢ ὀλίγους σώζεσθαι. τὸ δὲ ζημιοῦσθαι πλεῖστα διὰ μικρὸν κέρδος πρώτης ἀνοίας. ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοὺς οἰκείους ἀπρονοήτως διακείμενος, τὴν πίστιν κατὰ Παῦλον ἤρνηται, καὶ χείρων ἀπίστου κρίνεται. ποῦ δὲ καὶ μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἦμην εἰρηνικός, εἰ μή που καὶ Παύλου καὶ Δαβὶδ οὗτοι σοφώτεροι; τίς δὲ Γερμανοῦ τοῦ τρισμάκαρος σοφώτερος νῦν, εἰ μὴ κατὰ τὴν ψυχόλεθρον οἴησιν οἱ κακοὶ παρασύμβουλοι, B
οἱ τὴν εἰρήνην κωλύσαντες; ταῦτα κατὰ τὴν πρώτην γέγονε τοῦ Νοεμβρίου μηνός, ὡς εἴρηται. τῇ δὲ τετάρτῃ τοῦ αὐτοῦ

3. οὐ μὴ ἐκβάλω A, οὐκ ἐκβάλλω vulg. 7. περισώσασθαι A, περισῶσαι vulg. 9. καὶ ἀφανίσαι vulg. 12. καὶ ὁ add. ex A. 14. τὴν εἰρ. A, εἰρ. vulg. 17. τὴν add. ex A. 19. μηνὸς add. ex A. τοῦ αὐτοῦ A, τοῦ Αὐγούστου vulg.

litae imperatoris sensum sequuti pacem amplectabantur, sed improbi consiliarii una cum Theodoro Studii praeposito, eversis contrariae sententiae dictis, eam reiiciebant, confirmantes pacem quae dei mandata rescindat non esse admittendam. istud enim, venientem ad me non emittam foras, dominus decrevit, aiebant, quae proferrent, et in cuius argumentum haec producenda vere nescii. primo quidem quoniam nemine ex eis ad nos transfugiente, eos qui intra aulam erant, cum ipsos pace composita servare possemus, prodidimus. secundo quia licet quidam ex eis pauci transfugerint, plurium certe potius, eiusdemque nobiscum nationis et sanguinis consortium satagere, quam incertis quibusdam nobis propositis ficto quaestu ditescere decebat. plures enim quam paucos servare deo magis gratum est. ingens autem damnum levissimae accessionis spe sibi comparare supremam dementiam recte dixeris: et qui nullam de domesticis sive familiaribus curam gerit, is Paulo quidem iudice fidem abnegat, et infideli deteriorem se praestat: quo vero loco reponendum illud, cum iis qui pacem oderant, pacem ego agebam; nisi forte Paulo et Davide sapientiores esse se praedicent? vel quis ter beato Germano prudentior, nisi forte isti ex fastu animae pernicioso pessimi consiliarii, qui paci conficiendae impedimentum opponere non sunt veriti? ista, ut prae-

μηνὸς ὤφθη κομήτης ἐν σχήματι λαμπρῶν δύο σεληνίων ἑνωθέντων καὶ πάλιν διαιρεθέντων εἰς διάφορα σχήματα, ὡς καὶ ἀκεφάλου ἀνδρὸς διάπλασιν τυπωθῆναι. καὶ τῇ ἐπαύριον ἡ περὶ τῆς ἁλώσεως Μεσημβρίας ἦλθεν ἡμῖν ἐλεεινὴ φάσις πάντας πτοοῦσα διὰ μειζόνων κακῶν ἀπεκδοχήν. εὑρόντες γὰρ αὐτὴν οἱ ἐχθροὶ πεπλησμένην πάντων τῶν ὀφειλόντων πρὸς κατοίκησιν ἀνθρώπων παρεῖναι πραγμάτων, ταύτην ἐκράτησαν σὺν τῇ Δεβελτῷ, ἐν οἷς καὶ σίφωνας χαλκοῦς εὗρον λς', καὶ τοῦ δι' αὐτῶν ἐκπεμπομένου ὑγροῦ πυρὸς οὐκ ὀλίγον, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πλῆθος. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ Παλαιστίνην Χριστιανῶν μοναχῶν καὶ λαϊκῶν καὶ ἐκ πάσης Συρίας τὴν Κύπρον κατέλαβον, φεύγοντες τὴν ἄμετρον κάκωσιν τῶν Ἀράβων. ἀναρχίας γὰρ καθολικῆς κατασχούσης Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀφρικὴν καὶ πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτοὺς ἀρχήν, φόνοι τε καὶ ἁρπαγαὶ καὶ μοιχεῖαι, ἀσέλγειαί τε καὶ πᾶσαι πράξεις θεοστυγεῖς ἐν κώμαις τε καὶ πόλεσι ὑπὸ τοῦ θεολέτου αὐτῶν ἔθνους ἐπράττοντο. οἵ τε κατὰ τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλιν σεβάσμιοι τόποι τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, τοῦ κρανίου καὶ τῶν λοιπῶν ἐβεβηλώ-

1. σεληνίων A, σεληνῶν vulg. 2. ὡς καὶ ἀκεφάλου ἀνδρὸς A, καὶ εἰς ἀκέφαλον ἄνδρα vulg. 4. φάσις A, φαύσις vulg. 9. ἐκπεμπομένου A, ἐκπεπομπένου vulg. 15. αὐτοὺς A, αὐτῶν vulg. 17. θεολέτου A, θεολέστου vulg. ἐπράττοντο A, ἐπράττετο vulg.

misimus, Novembris die primo gesta sunt. mensis autem eiusdem die quarto cometes visus est lunarum duarum ad invicem iunctarum formam referens, quae rursus ab invicem seiunctae, et in varias formas figuratae, in hominis capite truncati speciem desierunt. insequenti die infelix nuncius de Mesembriae clade ad nos delatus est, qui omnes ob graviorum malorum expectationem perterruit. eam enim bonorum omnium ad commodam habitationem necessariorum copia refertam comperientes, una cum Debelto cepere, quibus in locis siphones aerei triginta sex, atque ignis liquidi per eos emittendi, nec non auri argentique vis immensa reperta est. eodem etiam anno Christiani plurimi, quum monastici, tum laici ordinis ex Palaestina et universa Syria, intolerandum Arabum iugum illatamque sibi vexationem fugientes, Cyprum se receperunt. cum enim imperandi ius universum, et potestatis legitime gubernantis ordo per Syriam, Aegyptum, Africam, et universam Arabum ditionem divulsus ac penitus prostratus iaceret, caedes, rapinae, adulteria, libidines, omnia denique scelera deo odiosa, tam in plagis, quam in ipsis civitatibus ab ista gente caelitus profliganda admittebantur. tum vero in sancta Christi dei nostri civitate, sanctae resurrectionis et Calvariae veneranda loca, nec non alia

ϑησαν. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ κατὰ τὴν ἔρημον διαβόητοι λαῦραι τοῦ ἁγίου Χαριτωνος καὶ τοῦ ἁγίου Σάββα, καὶ τὰ λοιπὰ μοναστήρια καὶ αἱ ἐκκλησίαι ἠρημώθησαν. καὶ οἱ μὲν ἀνῃρέθησαν μαρτυρικῶς, οἱ δὲ τὴν Κύπρον κατέλαβον, καὶ ἐκ ταύτης τὸ Βυζάντιον, οὓς Μιχαὴλ ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς καὶ Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης φιλοφρόνως ἐξένισαν. τοῖς μὲν γὰρ ἐλθοῦσιν ἐν τῇ πόλει μοναστήριον ἐπίσημον ἐδώ- P. 42
ρήσαντο· τοῖς δὲ κατὰ τὴν Κύπρον ἐναπομείνασι μοναχοῖς τε καὶ λαϊκοῖς τάλαντον χρυσίου ἀπέστειλαν, καὶ παντοίως τούτους ἐθεράπευσαν. ἦν μὲν οὖν Μιχαὴλ εἰς πάντας χρηστὸς καὶ ἐπιεικής, περὶ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως ἀκυβέρνητος, δεδουλωμένος Θεοκτίστῳ μαγίστρῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἄρχουσιν. τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνὶ δύο Χριστιανῶν ἐκ Βουλ- V. 33
γαρίας φυγόντων, ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ Κροῦμμον λοχῆσαι σπεύδοντα τοὺς ἐν τῇ Θράκῃ ἀθρόως. καὶ τῇ ιε' τοῦ μηνὸς ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς τῆς πόλεως, καὶ θεοῦ προνοίᾳ ἄπρακτος ἀνέ- B
στρεψεν Κροῦμμος οὐκ ὀλίγους ἀποβαλών. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν Ἀδριανούπολιν καταλαβών, καὶ διευθετήσας τὰ κατ' αὐτήν, ἀνέστρεψεν μετὰ χαρᾶς. καὶ ἀνελθὼν εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Ταρασίου τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπιτελέσας αὐτοῦ τὰ μνημό-

6. φιλοφρόνως A, φιλοπόνως vulg. 7. ἐδωρήσαντο — ἀπέστειλαν — ἐθεράπευσαν A, ἐδωρήσατο — ἀπέστειλεν — ἐθεράπευσεν vulg. 11. τῶν add. ex A.

quaeque sacra vestigia profanata sunt, celebresque illae per desertum positae Laurae, SS. Charitonis et Sabbae, reliquaque monasteria et ecclesiae cunctae desolatae, et Christianorum quidem nonnulli vitam martyrio commutarunt, alii Cyprum fuga lapsi, ex ea Byzantium petierunt, quos pientissimus imperator Michael et sanctissimus patriarcha Nicephorus sollicitis charitatis operibus relevandos curarunt. in urbem enim confluentibus monasterium insigne dedit incolendum, ad eos autem qui in Cypro se continuerunt, monachis ex aequo et laicis auri talento destinato, cunctos sedulo cultu prosequutus est. ingenii siquidem humani, et in lenitatem propensi Michael extitit, rerum licet administrandarum inexpertum prorsus praestiterit: quippe qui Theoctisto magistro caeterisque proceribus servili more se submitteret. porro mense Februario Christiani duo ex Bulgaria fuga lapsi, Crummum ex improviso Thraciam devastare consiliatum imperatori nunciaverunt. mensis autem eiusdem die decimo quinto imperatore profectionem suscipiente, Crummus, deo ita provide disponente, multis exercitus sui desideratis, infecta re pedem in propriam ditionem retulit. imperator vero Adrianopolim se conferens, rebus in ea secundum ordinem compositis, cum gaudio Cpolim reversus est. in sancti subinde patriar-

συνα ἅμα Προκοπίᾳ τῇ αὐγούστῃ, ἀργυροπετάλῳ λιτρῶν ἐνεγήκοντα πέντε τὸν ἱερὸν αὐτοῦ τάφον ἠμφίασεν. μετὰ δὲ τὴν ἄλωσιν Μεσημβρίας ἀπειπὼν ὁ βασιλεὺς τὰ πρὸς εἰρήνην Κρούμμου, ἐκ πάντων τῶν θεμάτων στρατολογήσας, πρὸ τοῦ ἔαρος εἰς τὴν Θρᾴκην παραιοῦσθαι ἐκέλευσεν· ὥστε πάν-
C τως δυσχεραίνειν, μάλιστα τοὺς Καππαδόκας καὶ Ἀρμενιακούς. τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος μετὰ τῶν ταγμάτων μηνὶ Μαΐῳ συνεξῆλθεν πάλιν καὶ Προκοπία ἡ αὐγούστα ἕως τῶν Ἀκιδοτίκτου πλησίον Ἡρακλείας. τὰ δὲ πλήθη ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντα εἰς δυσφημίαν καὶ λοιδορίαν ἐτράπησαν κατὰ Μιχαήλ. τῇ
D δὲ δ' τοῦ Μαΐου μηνὸς ἔκλειψις ἡλίου γέγονεν περὶ τὴν δωδεκάτην μοῖραν τοῦ Ταύρου κατὰ τὸν ὡροσκόπον ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου· καὶ πολὺς φόβος ἔπεσε τοῖς ὄχλοις. ὁ δὲ βασιλεὺς περιεπόλευσε τὴν Θρᾴκην σὺν τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς στρατεύμασι, μήτε κατὰ Μεσημβρίαν ἀπερχόμενος, μήτ' ἄλλο
E τι τῶν ὀφειλόντων εἰς καθαίρεσιν ἐχθρῶν διαπραττόμενος, ἀλλ' ἢ μόνον πειθόμενος λόγοις ματαίοις τῶν ἀπειροπολέμων αὐτοῦ συμβούλων φασκόντων μὴ τολμᾶν τὸν ἐχθρὸν κατ' αὐτοῦ ἐλθεῖν ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ καθεζομένου. καὶ ἦν βαρβαρικῆς ἐφόδου βαρυτέρα ἡ τῶν ὁμοφύλων πληθύς, ἀπορουμένων εἰς τὰς ἀναγ-

1. ἀργυροπετάλῳ A, ἀργυροπετάλων vulg. 3. ἅλωσιν A, ἀνάλωσιν vulg. 8. καὶ Πρ. ἡ Αὐγ. A, ἡ Πρ. Αὐγ. vulg. 9. τούτῳ] τοῦτο A, τούτου vulg. 15. Μεσημβρίαν A, Μεσημβρίας vulg.

chae Tarasii monasterium una cum Procopia augusta profectus, defuncti memoriae iustis parentatis, sacrum eius sepulchrum laminis argenteis pondo nonaginta quinque librarum circumtexit. caeterum Mesembria Romanis erepta, imperator pacis conditiones a Crummo oblatas repudians, exercitum ex thematibus cunctis collectum in Thraciam iussit traiicere, quod cuncti moleste ferre maxime Cappadoces atque Armeniaci. imperatorem itaque militares copias urbe educentem, Procopia augusta usque ad aquaeductus iuxta Heracliam prosequuta est, quod milites aegerrime passi, imperatorem conviciis et contumeliis palam incessebant. Maii porro mensis die quarto solis defectio contigit, ipso secundum horoscopum ad gradum Tauri duodecimum exoriente, ex quo terror ingens militum animis incubuit. imperator autem ducibus et militaribus ordinibus eductis, Thraciam obambulare, sed neque Mesembriam aggredi, neque profligandis hostibus necessarium quippiam moliri ausus est; insanis nimirum consiliariorum suorum sermonibus fidem adhibens, qui cum artis bellicae rudes plane essent, hostem in eum minime processurum affirmabant, sed potius in propria regione semper consessurum. porro provincia-

καίας χρείας, καὶ ἁρπαγαῖς καὶ ἐπιβάσεσι λυμαινομένων τοὺς ἐγχωρίους. περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἐξῆλθεν Κροῦμμος ὁ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸς σὺν τοῖς ἰδίοις στρατεύμασιν, ὑφορώμενος τὰ τῶν Χριστιανῶν πολλὰ εἶναι σφόδρα. στρατοπεδεύσας δὲ εἰς Βερσινικίαν ὡς ἀπὸ σημείων τριάκοντα τοῦ βασιλικοῦ φοσσάτου, Λέων ὁ τῶν ἀνατολικῶν πατρίκιος καὶ P. 425 · στρατηγός, καὶ Ἰωάννης πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Μακεδονίας, ὁ Ἀπλάκης, πολλὰ προθυμούμενοι τούτους πολεμῆσαι, ἐκωλύθησαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως διὰ τῶν κακοσυμβούλων. τῆς δὲ πόλεως λιτανευούσης μετὰ τοῦ ἀρχιερέως ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τινὲς τῶν δυσσεβῶν τῆς μιαρᾶς αἱρέσεως τοῦ Θεοστυγοῦς Κωνσταντίνου μοχλεύσαντες τὴν πύλην τῶν βασιλικῶν τάφων, μηδενὸς προσέχοντος διὰ τὴν συνοχὴν τοῦ ὄχλου, ἀθρόως ἀνοιχθῆναι μετά τινος κτύπου παρεσκεύασαν, ὡς ἐκ θείας τινὸς τερατουργίας· καὶ ἔνδον εἰσπηδήσαντες, προσέπι- B πτον τῷ τοῦ πλάνου μνήματι τοῦτον ἐπικαλούμενοι, καί οὐ θεόν, ἀνάστηθι, λέγοντες, καὶ βοήθησον τῇ πολιτείᾳ ἀπολλυμένῃ· διαφημίσαντες, ὅτι ἀνέστη ἔφιππος, καὶ πορεύεται πολεμῆσαι Βουλγάρους ὁ τάρταρον οἰκῶν μετὰ δαιμόνων. τούτους συλλαβόμενος ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος τὸ μὲν πρῶτον

2. Κρ. A, ὁ Κρ. vulg. 9. κακοσυμβούλων A, κακῶν συμβούλων vulg. 20. ἔπαρχος A.

lium rebus necessariis destitutorum, rapinisque et invasionibus oppidanos vexantium barbarica excursione gravior multo damnosiorque extitit adventus. sub mensis autem Iunii principium Crummus Bulgarorum princeps, aciebus ad pugnam paratis, Christianorum exercitum numerosissimum esse suspicatus, in Romanos movit, et ad Bersiniciam tricesimo circiter lapide ab imperatoris castris sua posuit. tum vero Leo orientalium dux et patricius, et Ioannes cognomento Aplaces Macedoniae dux ac pariter patricius, ad pugnam committendam expediti, et animis incitati, a pervefsis imperatoris consiliariis praepediti sunt. urbe autem universa una cum suo pontifice preces ac processiones ad sanctorum apostolorum peragente, quidam ex impiis sectatoribus haereseos, quam deo exosus Constantinus tenuit, imperatorialium sepulchrorum, nemine propter turbae frequentiam advertente, portam, vecte in eam impulso de repente cum fragore, tanquam divino quopiam edito miraculo, fecerunt apertam: mox intro se ferentes, ad seductoris tumulum prostrati, ipsum, non deum, invocavere, dicentes, exurge, et reipublicae iamiam pereunti succurre, confestimque eum, qui tartarum cum daemonibus incolit, equo insidentem ad praelium in barbaros processisse denunciaverunt. isti ab urbis praefecto comprehensi, primo quidem sepulchrorum portas, se ipsis ac

ἐψεύδοντο θεόθεν αὐτομάτως τὰς τῶν τάφων πύλας ἀνεῳχθαι· παραστάντες δὲ τῷ ἐπαρχικῷ βήματι, καὶ περὶ τὴν μαρτυρίαν
V. 338 ὀκλάσαντες, τὸ τῆς μοχλεύσεως δρᾶμα πρὸ πάσης ἐξεῖπον τιμωρίας· οὓς ἀξίως μοχλεύσας πομπῇ δημοσίᾳ παρέπεμψεν
C ἀναβοῶντας τῆς τιμωρίας τὴν πρόφασιν· οὕτω γὰρ ὁ τῆς κακίας εὑρετὴς διάβολος τοὺς στρατευομένους ἐξεπαίδευσεν, ὡς μὴ αἰτιᾶσθαι τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὴν ὀρθόδοξον καὶ πατροπαράδοτον πίστιν, καὶ τὸ τῶν μοναστῶν ἱερὸν σχῆμα, τὸ τῆς κατὰ θεὸν φιλοσοφίας γυμνάσιον. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ταῦτα βλασφημούντων σχήματι μόνον ἦσαν Χριστιανοί, τῇ δὲ
D ἀληθείᾳ Παυλικιανοί, οἵτινες μὴ δυνάμενοι τὰ μυσαρὰ ἑαυτῶν δόγματα παρεμφαίνειν, τῇ τοιαύτῃ προφάσει τοὺς ἀμαθεῖς παρενόθευον, Κωνσταντῖνον τὸν Ἰουδαιόφρονα μακαρίζοντες, ὡς προφήτην καὶ νικητήν, καὶ τὴν κακοδοξίαν αὐτοῦ ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσπαζόμενοι. τῇ δὲ κβ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς παραταξάμενοι Χριστιανοί τε καὶ Βούλγαροι οὐ μακρὰν τῆς Ἀδριανουπόλεως, πταίουσι μὲν οἱ Χριστιανοὶ σφόδρα δεινῶς περὶ τὸν πόλεμον· κρατοῦσι δὲ τῆς μάχης οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὥστε τοὺς πλείστους Χριστιανοὺς μήτε τὴν πρώτην συμβολὴν θεασαμένους ἄκρᾳ φυγῇ χρήσασθαι· ὥστε τὸν Κροῦμμον κατα-

3. ἐξεῖπω f. 11. οἵ τινες μὴ·: in his verbis desinit codex A.

divina manu reseratas mendaciter asserentes; ubi ad praefecti tribunal astiterunt, testimoniis labantes, totam vectium impulsorum fabulam nondum cruciatibus ac quaestionibus applicati enarravere. eos urbis praefectus vectibus ex hac causa alligatos ad ignominiae pompam, poenae causam ac delictum ore aperto conclamantes publice traducendos edixit. isto namque pacto sub signis suis militantes omnis malitiae diabolus auctor instruxit, ut non propria incusarent flagitia, sed orthodoxam et a patribus acceptam fidem sacrumque monasticam vitam agentium ordinem, qui philosophiae ad dei placitum institutae exercitamentum est, criminentur. plures quippe blasphemias eiuscemodi deblaterantium solo habitu Christiani, re vera Pauliciani in animo erant, qui abominanda sua sensa proferre non ausi, eiusmodi praetextu imperitorum simplicitati credebant illusuros se, ubi Constantino Iudaicae mentis homine tanquam propheta et victore pronunciato, ipsi pravam illius haesesim in dispensationis per carnem domini nostri Iesu Christi perniciem amplecterentur. mensis porro Iulii die vicesimo secundo Christianis simul et Bulgaris ad pugnam in invicem committendam ad Adrianopolim ex aequo instructis, Christiani in praelio pessime se gesserunt, id autem victoriae cesserunt hostibus, ut plures ex ipsis nondum primi conflictus initi spectatores

πλαγέντα νομίσαι λοχισμοῦ τινος τρόπον εἶναι τὸ γινόμενον, καὶ μικροῦ ἐπισχεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πρὸς τὴν δίωξιν. ἐπεὶ δὲ εἶδεν αὐτοὺς ἀκρατῶς φεύγοντας, καταδιώξας, ἀνεῖλεν πλήθη P. πολλά, καταλαβόντες καὶ τὸ τοῦλδον καὶ τοῦτο λαφυραγωγήσαντες. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν πόλιν φεύγων ἐπανήρχετο, τά τε πλήθη καὶ τοὺς τούτων ἄρχοντας ἐπαρώμενος, ἔτι δὲ καὶ τῆς βασιλείας τὴν ἀπόθεσιν ἐξομνύμενος· ἐν οἷς καὶ Λέοντι πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ τῶν ἀνατολικῶν, ὡς εὐσεβεῖ τε καὶ ἀνδρειοτάτῳ καὶ κατὰ πάντα πεποιημένῳ περὶ τοῦ κρατῆσαι τὴν βασιλείαν ἐκοινωνήσατο. τοῦ δὲ μηδ' ὅλως εἴξαντος, ἐάσας αὐτὸν προΐστασθαι τῶν θεμάτων, αὐτὸς τὴν βασιλίδα κατέλαβεν τῇ κδ' τοῦ Ἰουνίου μηνός, θέλων μὲν ἀποθέσθαι B τὸ κράτος καὶ ἄλλον προχειρίσασθαι, μὴ συγχωρούμενος δὲ παρά τε τῆς γαμετῆς καὶ τῶν παραδυναστευόντων. Νικηφόρος δὲ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τούτῳ συνήνει, ὡς καὶ αὐτοῦ καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ περισωθησομένων, εἰ οὕτω προχειρισθείη τις. οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ τὰ πλήθη μαθόντες τὸν βασιλέα πεφευγέναι, ἀπογνόντες τὸ βασιλεύεσθαι παρ' αὐτοῦ, λοιπὸν καὶ βουλευσάμενοι καθ' ἑαυτούς, ἐδυσώπουν Λέοντα τὸν στρατηγὸν τῶν ἀνατολικῶν βοηθῆσαι τῷ κοινῷ, καὶ τῆς Χριστιανῶν πολιτείας ἀνθέξασθαι. ὁ δὲ μέχρι μέν τινος σφοδρῶς ἀνεβάλλετο τοῦ καιροῦ, στοχαζόμενος τὸ δυσάντητον, C

effecti, velocissima tamen fuga pugnae se subduxerint: adeo ut Crummus ipse spectaculi novitate deterritus, insidiarum in suos structarum, quod oculis probabat, apparatum existimaret, ac ne fugientes insequerentur, suos aliquando detinuerit: ubi vero praecipitis eiusmodi fugae veritatem animadvertit, hostes a tergo insectatus, castris eorum et opimis spoliis direptis, stragem maximam edidit. imperator pariter fuga elapsus versus urbem pedem referebat, et militares ordines et eorum ductores maledictis incessens, imperii potestate sese abdicaturum dato iusiurando pollicitus est, ac Leoni patricio et orientalium duci, cen viro pietate conspicuo et militari virtute praestanti ac iam reipublicae administrandae idoneo, confestim aperuit consilium, sed eo dignitatem ultro delatam admittere recusante, thematum regendorum potestate ipsi relicta, Iunii die vicesimo quarto imperantem urbem repetiit: ac imperium quidem deponere, aliumque principem in thronum subrogare meditatus, ab uxore et proceribus summam post eum in administranda re publica potestatem adeptis, consilium exequi non est permissus. sane Nicephorus sanctissimus patriarcha propositis assentiebatur, cum nimirum, si eo pacto novus imperator designaretur, ipse Michael et liberi eius incolumes facile forent salvandi. interea duces militaresque copiae omnes de impe-

καὶ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς τὸ ἀνύποιστον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς βασιλεύοντας φυλάττων ὀρθὸν καὶ ἀνεπιβούλευτον. ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς πόλεως τὸν ἐχθρὸν ἐπειγόμενον ἔθεάσατο, γράφει μὲν Νικηφόρῳ τῷ πατριάρχῃ τὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ ὀρθοδοξίας διαβεβαιούμενος, αἰτῶν μετὰ τῆς εὐχῆς καὶ ἐπινεύσεως αὐτοῦ
339 τοῦ κράτους ἐπιλαβέσθαι. καὶ καταλαβὼν τὸ πρὸ τῆς πόλεως τριβουνάλιον ἅμα τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοῖς στρατεύμασιν ἐνομώτατος βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναδείκνυται. καὶ μεσούσης ἡμέρας ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς Χρυσῆς πύρτης εἰσέρ-
D χεται, καταλαβὼν τὰ βασίλεια. Μιχαὴλ δὲ ἀκούσας τὴν τοῦ τοῦ ἀναγόρευσιν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ φόρου προσδραμὼν σὺν Προκοπίᾳ καὶ τοῖς αὐτῶν τέκνοις, ἀποκειράμενοι τὰς τρίχας μοναχικὰ περιεβάλοντο. τῇ δὲ ια' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἕκτῃ ἰνδικτιῶνι, ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, τῇ ἐπαύριον στεφθεὶς ὑπὸ Νικηφόρου πατριάρχου ἐν τῷ ἄμβωνι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, τὰ κατὰ τὴν πόλιν προστάττει φρουρηθῆναι τὰ τείχη νυκτὸς καὶ ἡμέρας, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ περιπολεύων, καὶ πάντας διεγείρων, εὐελπίδας τε παραινῶν εἶναι, ὡς τοῦ θεοῦ παραδοξοποιήσαν-
427 τος, τάχιστα, διὰ πρεσβειῶν τῆς παναχράντου Θεοτόκου καὶ

2. ἀνεπίβολον f.

ratoris fuga certiores factae, ab eiuscemodi homine imperari non amplius ferendum ratae, consilio inter se inito, Leonem orientalium ducem bono publico consuleret, et Christianam rem publicam erigeret rogaverunt. ille ruinam imperio imminentem et barbarorum, qui vix reprimi possent, violentas excursiones mente perpendens, fideique erga imperatores servandae suique ipsius a fraudis labe immunem custodiendi studiosus aliquo tempore substitit, et pro viribus dignitati admittendae moras opposuit. at cum hostem magnis itineribus ad urbem contendere animadvertit, a patriarcha Nicephoro, quem de recta sua in deum fide certiorem fecit, ut ex ipsius nutu, et eius prece comite proiectum colligat imperium, per litteras expetiit. tum vero ducibus et universis agminibus stipatus, in tribunalium ante urbem positum conscendens, legitimus Romanorum imperator salutatur, medioque iam die Cpoleos porta, quae Chryse dicitur, ingressus, in regiam se confert. Michael Leonis designatione audita, cum Prococia et liberis in oratorium, quod ad forum est, confugiens, capillis detonsis, una cum suis monasticum habitum induit. postera luce, quae Iulii mensis fuit undecima, indictione sexta, feria hebdomadis secunda, in magnae ecclesiae ambone a Nicephoro patriarcha coronatus, urbis muros de die et nocte diligentius custodiri praecepit: ipse vero cunctos excitans, et ad meliorem spem concipiendam animans, deum immaculatae dei genitricis sanctorumque omnium interventu brevi posthac novum et inopinatum aliquod opus editurum, nec

πάντων τῶν ἁγίων, καὶ μὴ πάντη καταισχυνθῆναι παραχωροῦντος διὰ πλῆθος πταισμάτων ἡμῶν. ὁ δὲ νέος Σενναχερὶμ Κροῦμμος ἀρθεὶς τῇ νίκῃ, καταλιπὼν τὸν ἴδιον ἀδελφὸν μετὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως πολιορκεῖν τὴν Ἀδριανούπολιν μετὰ ἓξ ἡμέρας τῆς αὐτοκρατορίας Λέοντος, ἐπελθὼν ἐν δυνάμεσι καὶ ἵπποις τῇ βασιλίδι πόλει, περιῄει πρὸ τῶν τειχῶν ἀπὸ Βλαχερνῶν ἕως τῆς Χρυσῆς πόρτης, ἐπιδεικνύμενος τὴν περὶ αὐτὴν δύναμιν, ἐπιτελέσας μαρὰς καὶ δαιμονιώδεις θυσίας ἐν τῷ πρὸς θάλασσαν λιβαδίῳ τῆς Χρυσῆς πόρτης, ἠτήσατο τῷ βασιλεῖ πῆξαι τὸ δόρυ αὐτοῦ κατ' αὐτῆς τῆς Χρυσῆς πόρτης. τοῦ δὲ τοῦτο μὴ καταδεξαμένου, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν σκηνήν. θαυμάσας δὲ τὰ τῆς πόλεως τείχη καὶ τὴν εὔτακτον τοῦ βασιλέως παράταξιν, καὶ τῆς ἐλπιζομένης αὐτοῦ πολιορκίας ἀπογνούς, ἐπὶ συμβάσεις τρέπεται· καὶ πρὶν εἰρήνης πειραστικοὺς λόγους ἐποιεῖτο. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀφορμῆς δραξάμενος ἐπειράθη τοῦτον λογχίσαι· ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν τοῦτο εἰς πέρας ἀγαγεῖν ἐκωλύθη τῇ τῶν καθυπουργησάντων τοιούτῳ ἀφυΐᾳ, πληγωσάντων μὲν τοῦτον, καιρίαν δὲ μὴ ἐπαγόντων πληγήν. ἐπὶ τοῦτο μανεὶς ὁ ἀλάστωρ ἀποστείλας κοῦρσον ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι, τὸ ἐκεῖσε

9. ἠτήσατο — πόρτης om. f. 16. λοχῆσαι e.

propter peccatorum nostrorum multitudinem immensam usquequaque nos pudore suffundendos confisus, muros per se ipsum continuus explorator obibat. porro Crummus iunior Sennacherim victoriis in superbiam elatus, proprio fratre ad obsidendam Adrianopolim cum suis copiis relicto, post dies sex a demandato Leoni imperio, cum maximo peditum equitumque numero ad urbem propius accedens, ostentata exercitus sequentis se virtute, ad muros a Blachernis ad Chrysen usque portam protensos obambulabat, profanisque et vere daemoniacis sacrificiis ad pratum Chryse portae adiacens peractis, in ipsam Chrysen portam hastam infigere ab imperatore expetiit: quo petita respuente, in proprium tentorium recessit. cum autem civitatis muros et instructissimum imperatoris exercitum haud sine admiratione vidisset, obsidionem ponere posse desperans, ad pacis ineunda foedera convertitur. num igitur pacem Romani expeterent, inito cum eis colloquio experiri tentavit. imperator occasione captata lancea perfodere molitus est: verum delictorum nostrorum multitudine prohibitus, et ad huiusmodi tropaeum excitandum sociorum ineptitudine delusus, coeptum opus in felicem exitum deducere non valuit. Crummo enim facinoris administri plura vulnera inflixerunt, nullum tamen intulerunt letale, ex quo in rabiem versus homo perditissimus, expeditis militibus ad sanctum Mamantem missis, palatium ibidem ere-

παλάτιον ἐνέπρησε, καὶ τὸν χαλκοῦν λέοντα τοῦ ἱππικοῦ σὺν τῷ δράκοντι τοῦ Ὑδρίου, καὶ μαρμάριος ἐπιλέκτοις ἐν ἁμάξαις φορτώσας ὑπέστρεψεν, παρεκαθίσας Ἀδριανουπόλει, καὶ ταύτην ἑλών.

ctum igne supposito consumpsit. tum vero aereo circi leone et Hydrii dracone cum selectioribus marmoribus in currus conjectis, retro pedem tulit, et obsidione ad Adrianopolim posita, eam demum armorum vi subjugavit.

U.C. BERKELEY LIBRARIES



C038962157